DOCTRINÆ CHRISTIANÆ SEX CAPITA,

TOTIDEM PRÆLECTIONIBVS in Scholâ Theologicâ Oxoniæ pro formâ habitis discussa, & disceptata.

ACCESSIT APPENDIX AD CAput secundum, de Consiliis Evangelicis, in quâ ad omnes SS. PATRVM autoritates, ab HVMPHREDO LEECHIO pro iisdem asserendis citatas, respondetur.

C. 12. 2

AVTORE

SEBASTIANO BENEFIELD.
SS. THEOLOGIÆ D. COLLEGII
Corporis Christi Socio.

1. Johan. 4. 1.

Probate Spiritus, an ex Deo sint.

BIBL. CAPIT. ACAD.

d OXONIÆ, l

Excudebat Iosephus Barnesius. 1610.

2204:82

REVERENDO IN CHRISTO
Patri, D. GEORGIO ABBATI, Episcopo Londinensi, SEBASTIANVS BENEFIELD. S.

QVod sapientissimo *Davidis* filio, Israëlitarum regi, in proverbio est, [a] *Cor hominis excogitat viam suam, sed Dominus dirigit gressum ejus*, id ego hodie, ut sæpe aliàs, (*amplissime Præsul*) compertum habeo. Quum has ego primùm Lectiones meditarer, nihil mihi minùs in cogitatis fuit, quàm ut eę olim excuderentur, ac prodirent. Certè consilii mei non fuit, non fuit propositi. At successit res aliter, atq; speraveram. Destinatæ tenebris, lucem aspiciunt. Quin id divinitùs fiat, nullus dubito. Duo cumprimis animo me erectum effecerunt, hanc provinciam lubens ut obeam: unum ab *amicis*, alterum ab *adversario* profectum. *Amici* quid? Volebant

[a] Prov. 16. 9.

illi Lectionum mearum exemplaria. Impensiùs instabant, ut transcriberē, vel saltē, ut ab ipsis transcribi paterer. Honestæ postulationes. Eis, quū satisfaciendo justis de causis nō essem, cœpi hæsitantiùs cogitare de prelo. Et hærebam aliquandiu. Ab *adversario* tandem editus est libellus, cui titulus, *Triumphus veritatis; A trebato* ad nos transmissus, *doctiſq;, prudentibus, & ingeniosis Academicis, in almâ Vniversitate Oxoniensi florentibus, dicatus*. Autor libelli, [b] *è nobis egressus est*, purus putus Papicola, *sed non erat ex nobis. Nam si fuisset ex nobis*, fidei verè Catholicæ, (nō nunc Romanæ,) assertor, *permansisset utiq; nobiscum. Sed egressus est è nobis, ut patefieret, non omnes, qui inter nos, ex nobis esse*. Magnâ Britanniâ à tergo relictâ, quàm ille in viros, doctrinâ, pietate, & laude fœlices, debacchatus est? quàm in eos jejunas, frigidas, prętextas, conquisivit calumnias? quàm totus fuit in maledictis? Adeóne soli mutatio linguam procacem dabit, & petulantem? Nobis, hoc est, *Theologis*, non licet esse tam effrænatis. Convitiorum plenus perfuga, [c] me præcipuè adoritur. Lectionem meam secundam, quam *de consiliis Evangelicis* habui, *falsitatis* [d] arguit, & *hæreseos*; méq; inibi

[b] 1. Ioh. 2. 19.

[c] Quem vocat Actorem principalem: Triumph part. 1. cap. 7. pag. 28.

[d] Triumph. part. 1. c. 6. p. 24.

sacras

ſacras Scripturas violenter detorſiſſe, ſanctóſq; Patres impudenter rejeciſſe, fidentiùs aſſeverat. Hìc non conſiſtit, inſurgit altiùs, méq; ad certamen lacceſsit. [e] *Si cauſa*, inquit, *cujus ſuſcepit actor principalis patrocinium, ejus generis ſit, ut, tanquam ad Lydium lapidem, examinari poſſit, prodeat ille: quibuſcunq; nititur firmamentis, quacunq; ſit confidentiâ, proferat lecturas ſuas in apertum, divulget eas, cenſuræq; publicæ permittat: auſim affirmare, nulla ei firmamenta eſſe, niſi quæ hæretica.* Ita glorioſus iſte miles me provocavit. Non ferebant latentes pectoris mei ſpiritus iſtam provocationem; tãtam audaciam in homine tam indocto nõ ferebant. Ego igitur, ne mihi ipſi, ne cauſæ meæ, ne religioni, quam profiteor, deeſſe viderer, confeſtim abſq; omni hæſitatione prelum eſſe adeundum ſtatui. Statui: operi me accinxi: eidémq; perficiundo, tempora, quę habui, ſucciſiva, & ſubſecũdaria impendi, jámq; tandem, auſpice Deo, perfeci. Reliquum nihil eſt, (*Reverende Domine*,) quàm ut nomen tuum huic *opellæ* inſcribi patiare: *opellæ* dico: utinam, *operi*, poſſem dicere: hoc enim debebatur. Sed Muſas mihi non tam faventes habui. Ea tamen tua eſt in omnes literatos benignitas, privatímque

[e] Ibid. pag. 28.

in me est,& ab annis multis fuit, ut nihil dubitem,quin munusculum istud levidense sis accepturus. Noli (*Præsul amplissime*) æstimare illud,aut ab ipsâ re,aut à meis viribus, sed potiùs ab animo, *Amplitudini tuæ* devotissimo. Mihi,pro officii mei ratione, dabis hanc veniam, (*colendissime Domine,*) unum ut adjiciam. Partes tuæ,quæ verè tuæ sunt, campum habent,in quo, *contra locustas florentissimi hujus regni devastatrices,juratos Antichristi illius satellites,* se exerceant; etiam theatrum habent,& in oculis sunt *Britanniæ.* Hoc precor, ut personam tantam,aptè,decorè,animosè sustineas ex Dei gloriâ, tuâ famâ, usu omnium. Huic rei nec vires, nec voluntatem tibi deesse scio. Voveo tantùm,ut ventus divini favoris aspiret,& inter fluctus navem dirigat,ut Ecclesiæ,Reipublicæ, Literis, quàm diutissimè supersse possis, ac prodesse. *Oxon. è Collegio Corporis Christi. Junii* 7. 1610.

Amplitudini tuæ deditissimus,

ac devotissimus Sacellanus,

SEBASTIANVS BENEFRILD.

CATALOGVS EORVM, QVÆ hoc opere continentur.

Præfatio ad Academicos Oxonienſes.

CAP. I. De Sacerdotio Chriſtiano. pag. 1.
II. De Conſiliis Evangelicis. pag. 30.
III. De fide ſalvificâ. pag. 53.
IIII. De operibus renatorum. pag. 77.
V. De pœnâ damnatorum. pag. 97.
VI. De vitâ æternâ. pag. 120.
Appendix ad Caput II. de Conſiliis Evangelicis. p. 147.

CATALOGVS EORVM, QVÆ
hoc opere continentur.

Præfatio ad Academicos Oxonienses.

CAP. I. De Sacerdotio Christiano. pag. 1.
II. De Consiliis Evangelicis. pag. 10.
III. De fide salvifica. pag. 54.
IIII. De operibus renatorum. pag. 77.
V. De pœna damnatorum. pag. 97.
VI. De vita æterna. pag. 120.
Appendix ad Caput II. de Consiliis Evangelicis. p. 147.

CARISSIMIS IN CHRISTO Patribus, & Fratribus, Doctoribus,

reliquóq; ſtudioſorum cœtui Oxonienſis Academiæ, gratiam, & pacem, à Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto.

QVas ego theſes Theologicas preſentibus vobis (*lectiſſimi Academici*) vivâ voce expoſui, eas nunc exire, atq; in vulgus emanare, [a] linguâ procaci, & maledicâ laceſſitus, patior. Pauca admodum immutavi, verbula vix duo. De *ſacerdotio Chriſtiano*, de *conſiliis Evangelicis*, de *fide ſalvificâ*, de *operibus renatorum*, de *pœnâ damnatorum*, de *vitâ æternâ*, ut potui, dixi. Et dixi, (teſtis mihi Deus,) nullo partium ſtudio, quò piorum animos offenderem, ſed quæ mihi viſa ſunt ſacratiſſimo Dei verbo maximè conſentanea, ea dixi.

[a] Humphredi Lecchii.

2 A *ſacerdotio Chriſtiano* exorſus ſum. Quid enim prius habcrem, aut potius, quàm ut vocationem noſtram aſſererem? Ecquis veſtrûm libentèr audit, quod [b] *Fridericus Staphylus*, homo audaciſſimus, affirmavit; *omnes*, nempe, apud nos *homines*; *viros*, *fœminas*; *cerdones*, *calcearios*, *ſartores*, *cocos*, *lanios*, *generiſque ejuſdem ſimiles*, *eſſe Sacerdotes*, *eſſe Epiſcopos*, *eſſe Doctores*,

[b] Apolog. ep. ad Epiſcop. Eyſtetenſ. fol. 11. b.

res, atq; Pastores, potestatémq; habere administrandi sacramenta, & interpretandi Scripturam ? Scio non audire. Calumniam istam nobis injuriosissimè appositam ab aliis, etiam virulentissimis Papistis, *Clichtoveo, Alfonso de Castro, Pighio, Bellarmino, Gregorio de Valentia, Ribera, Hardingo, Stapletono, Duræo, autore Calvinoturcismi, & Kellisono*, [c] depuli, vocationémq; Ministrorum nostrorum, & ordinationem, & successionem, ab insulsis istorum mendaciis vindicavi.

[c] Cap. 1. par. 20. & seq.

3 *Esse genus hominum, qui Evangelica Christi sequuti consilia, vitæ genus arctioris, ac sublimioris instituunt, quàm aut lex divina, vel humana præscribat, aut etiam multorum mortalium infirmitas patiatur*, edisserit [d] *Bellarminus*. Ut intelligerem, quam id rectè facit, disputationem ejus de *Consiliis Evangelicis*, proximo in loco ad examen revocavi. In eâ, vix quidquam sani me comperisse, pro certo ausim affirmare. Definitio, quam dat, ab omni parte vacillat, & claudicat. *Consilium perfectionis* [e] vocat *opus bonum, à Christo nobis non imperatum, sed demonstratum, non mandatum, sed commendatum*. Hanc ego definitionem ut convellerem, quasdam mihi theses proposui, eásq; certissimis divini verbi firmamentis comprobavi. Ostendi primò, [f] consilia perfectionis, non esse præceptis Dei præstantiora; contrà, quàm tradidit [g] Bellarminus, materiam videlicet præcepti bonam esse, consilii meliorem, & perfectiorem. Tum, [h] consilia perfectionis non esse nobis à Christo demonstrata, aut commendata. Deinde, [i] non esse opera bona. Postremò, [k] nulla esse. Theses istæ argumentis, non quidem leviusculis, sed gra[illegible]issimis, è sacratissimo scripturarum penu deprompti[illegible] stabilitæ, totam *Bellarmini* de consiliis

[d] Præfat. ad lib. de Monac. parag. Disseruimus.

[e] Lib. de Monach. cap. 7. par. Quantū.

[f] Cap. 2. par. 12.
[g] Vbi suprà. par. Secundo.
[h] Cap. 2. parag. 15.
[i] Parag. 17.
[k] Parag. 19.

disputa-

diſputationem planè evertunt.

4 An ſacras Scripturas violentèr in meum ſenſũ detorſerim, [quod objicit mihi, [l] qui mihi bellicum clanxit,] penes cãdidum piúmq; lectorẽ eſto judiciũ. Nuſquã, quod ſciam, à vero germanóq; ſacri cõtextûs intellectu aberravi. Certè aberrare nolui. *At ſanctos Patres non ſum ſequutus; at impudenter rejeci.* Hoc quidem agnoſco calumnioſiſſimè mihi [m] inculcatum. Quid feci? quid commerui? Autoritates *Patrum*, tùm *Græcorum*, tùm *Latinorum*, à [n] Bellarmino pro *cõſiliis Evangelicis* citatas, non explicui, non enumeravi. Ideóne ego culpandus, qui id non fecerim, quod per tempus non potuerim? At deſpicatiùs, quàm decuit, de eis ſum loquutus. Hoc hominem pupugit. Dixi, fateor, [o] *Patres illos ſui ſeculi faſcino*, vulgaríque errore deceptos hâc in cauſâ fuiſſe. Dixi. Et cur non dicerem? Idem ante me dixit [p] *homo incredibilis laboris ac diligentiæ, Lambertus Danæus. Quod*, [q] inquit, *ad autoritates Patrum hîc à Bellarmino citatas attinet, nihil urgent. Nam ſui ſeculi faſcino, & vulgari errore decepti, illi ſic ſenſerunt, ſcripſerúntq; neq; Irenæi, neq; Clementis, neq; Juſtini Martyris veſtigiis inſiſtentes, neque Apoſtolorum Chriſti, ſuorum prædeceſſorum, doctrinam ſequuti, qui neq; Monachos, neq; Monachatum, neq; vota iſta unquam agnoverunt, immò apertè [r] damnârunt.* Et [ſ] infra: *Quas ex Patribus autoritates profert Bellarminus, illæ minimè nos urgent, aut lædunt. Non* enim *ex Dei verbo, ſed ex quadam vulgari novæ hujus vitæ Monaſticæ admiratione ſic ſcribunt. Itaq; populi judicio, ſuperſtitioníſq; exoticæ exortæ novitate abrepti, & perculſi, ſic Patres iſti loquuntur.* Si virum ſequutus tantũ, tantúque, etiam doctiſſimi *Bezæ* judicio, laboris, ac diligentiæ

[l] Leech. Triumph. verit. par. 1. cap. 6. p. 24.

[m] Ab eodem ibid. & motivo 4. pag. 97.

[n] Lib. de Monach. cap. 11.

[o] Cap. 2. par. 38.

[p] *Sic appellatur à Theod. Beza præfat. ad Domel Iſag. Chriſt. par. 1.*

[q] Reſponſ. ad quintam controverſ. lib. 2. cap. 9. p. 957.

[r] Coloſ. 2. ver. 8, 20, 21, 22, 23.

[ſ] Danæus ubi ſuprà, ad cap. 11. pag. 967.

ligentiæ, suboffenderim; id errori detur meo. Quãquam non aliquis hîc error meus est. Qui verba mea candidè volet interpretari, nihil in iis nisi syncerum, nihil nisi siccum, atq; sanum deprehendet. Dixi, *Patres sui seculi fascino deceptos*. Id volui *translatâ* dictione, quòd aliàs *propriâ* potueram enuntiare: *Patres errasse*.

5 Quæ quidem loquutio vel ipsis Pontificiis minimè est insolens. *Sanctorum quemq;, his duntaxat exceptis, qui libros canonicos ediderunt, spiritu humano loquutos fuisse, & aliquando, vel in eo, quod ad fidem spectat, errasse*, haud obscurè, & dissimulanter, [t] magnus Pontificiorũ signifer, Melchior Canus, [u] affirmavit: *neminémq;, quantumvis eruditũ, & sanctum, non interdum hallucinari, non alicubi cæcutire, non quandoq; labi, idem* [x] *autor fidentèr asseruit*. In eandem sententiam ivit Fraterculus quidam Augustinianus, [y] *Laurentius à Villavincentio*, mirus Hyperii corrector, & expilator, qui non modô Tertullianum, Irenæum, Victorinum, Papiam, Lactantium, Methodium, Cypriamum, Origenem, Hilarium, Epiphaniũ, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, & alios, variorum errorum arguit speciatim, sed generatim etiam de cũctis [z] pronunciavit; *Palàm est Patres omnes, quamlibet insignes vitæ innocentiâ, atq; eruditione, subinde verbo, scriptóque offendere*. Quem Patrum intactum prætermisit [a] *Sixtus Senensis?* Cui se non præstitit Aristarchum? Operæ pretium censuit notare *Patrum* loca, in quibus *à scopo aberrârunt*. Idem censuere *optimi alii Theologi*, ac comprobavit *Ecclesia*, teste ipso [b] *Possevino*. Rectè igitur affirmat [c] *Baronius, in divinis tantùm Scripturis nullũ reperiri posse errorem, atq; mendacium*.

At

t Sic Canum appellat Joh Rainol. apol thes. par. 10. p. 234.

u Lib. 7. de loc. theol. cap. 3. num. 2. fol. 219. b.

x Vbi suptà nũ. 4. p. 220. a.

y De ratione stud. theolog. lib. 4. cap. 6. observ. 2. p. 558.

z Ib. observ. 1. p. 5[illegible] quod & annotavit D. Rainoldus de Rom. Eccles. Idolat. l. 4. 19. pag. 1[illegible]2.

a Biblior. sãct. l. 5. & 6.

b Biblioth. select. lib. 12. c. 23. pag. 53.

c Annal. Eccl. tom. 4. Anno Dom. 109. nũ. 49.

At [d] Hieronymus; *In Hilarii libris pietas non vacillat.* Contrà [e] Baronius; *Quū divinæ tantùm Scripturæ ſit nihil habere erroris, quod corrigatur, nec ipſe Hilarius nævis caruit.* Et quis iſte Baronius? Audite [f] Bellarminum: *Cæſar Baronius vir optimus, & ſine controverſiâ eruditiſſimus.*

[d] Epiſt. 7. ad Lætam. tom. 1. p. 58.
[e] Annal. Eccl. tom. 4. An. D. 359. num. 24.
[f] De bonis oper. in partic. lib. 2. cap. 24. parag. Hanc.

6 Quod Cano, quod Villavincentio, quod Senenſi, quod Poſſevino, quod Baronio, quod optimis aliis Theologis, quod ipſi Eccleſiæ viſum eſt de *Patrū ſcriptis* ſtatuere; *eis*, ſcilicet, *ineſſe nævos, & errores*; idē mihi non licebit? At licebit. Ac ideircò affirmare mihi placet: *ſanctorum Patrum ſententias, & dogmata, ad Scripturarum juſtiſſimam, & æquiſſimam ſtateram, & lācem appendi debere, eorúmq; literas Scripturarū ancillas eſſe, non dominas; non judices, qui ſententiæ neceſſitatem imponant, ſed indices, qui admoneant; ut diſſentire liberū ſit, ſi, quod indicare videntur, in Scripturis ipſis inveniri non poſſit.* Ab hac [g] viri doctiſſimi ſententiâ, me vel latum unguem non dimovent, [h] *Eudæmon-joannis* odioſi clamores.

[g] Rob. Abbat. Demonſt. Antichr. cap. 1. parag. 8. p. 12.
[h] Diſp. adverſ. Rob. Abbat. l. 1. par. 1. p. 11.

7 Neq; propterea inſimulari debebam, tāquam ſi priſci ævi *Patres* vili penderem. Non ea mihi mens, non is animus. Quin apertè, palámq; profiteor, mihi perſuaſiſſimum eſſe, [i] *multa ab antiquis Patribus gravitèr, ſanctè, utilitérq; eſſe in lucem edita, neq; poſſe nos illorum carere ſudoribus, utpote ex quibus decet nos fructum, quantū ex ullis rebus humanis, expectare.* Sed hoc quoq; perpetuò debemus obſervare, (quod rectè admonuit [k] Villavincentius,) *homines illos fuiſſe, carne circundatos, noſtri ſimiles, qui in multis labi potuerint, & revera lapſi ſint.*

[i] Hyperius de rat. ſtud. Theol. lib. 4. cap. 9. obſerv. 1. pag. 677.
[k] De rat. ſtud. Theol. lib. 4. c. 6. obſer. 1. pag. 553.

8 Quum attentiùs iſtud cogitarem, videreq; quæ ex-

ex *patribus* pro *Consiliis Evangelicis* afferuntur, ea verissimis Spiritûs S. effatis minimè per omnia convenire, nihil equidem absoni, aut absurdi me facturum existimabam, si & hîc erroris aliquid in *Patribus* suspicarer. Aliud nihil volui, cum dicerem, *Patres sui seculi fascino, vulgariq; errore deceptos.* At quatenus in *Consiliis Evangelicis* astruendis sancti illi *Patres* erraverint, dicam in Appendice, quam* infrà daturus sum: ibidémq; planum faciã, sanctos illos *Patres* hâc in causâ non perinde à *Pontificiis* esse, atq; ipsi autumant.

* Pag. 147.

9 Scitè dictum ab [l] Augustino: *ad Deum iter esse homini per hominem Deum.* Id sonant verba Apostoli: [m] *Unus mediator Dei, et hominum, homo Christus Jesus.* Sola certè adversus omnes errores via munitissima est, idem *homo*, & *Deus*: quò itur *Deus*, quà itur *homo*. Ad iter istud nosmet comparabimus solâ fide: quæ [n] *scutum* est, *quo possimus omnia jacula Mali illius ignita extinguere*; quæ [o] *thorax* est, quo induti [p] *adversus Diaboli insidias* communimur; quæ manus est, quâ Christum [q] *viam, veritatem*, & *vitam*] assequimur, & apprehẽdimus; quæ deniq; prora, & puppis est nostræ, hoc est Christianæ, religionis, ac pietatis. Ad fidem hanc disquirendam, tertiâ vice me cõposui. Nullus tunc erat sermo meus de fide hypocriticâ, de fide simulatâ, de fide temporariâ, de fide mortuâ, de fide καταχρηστικῶς, & μετωνυμικῶς sic dictâ, de fide historicâ, de fide miraculorum, de ullâ fide, præterquam de eâ, quę & ἀνυπόκριτος est, & vera, & syncera, & viva, & justificans, & salvifica. Hanc ego fidem veram appellavi, nõ quòd cæteræ falsæ sint, [nam & fide [r] temporariâ, & fide [s] historicâ, & fide [t] miraculorũ, id credunt, & Dęmones, & reprobi, quod verum est:] sed quòd hæc

[l] De civit. Dei lib. 11. cap. 2.
[m] 1. Tim. 2. 5.
[n] Ephes. 6. 16.
[o] 1. Thess. 5. 8.
[p] Ephes. 6. 11.
[q] Iohan. 14. 6.
[r] Luc. 8. 13, 14.
[s] Iacob. 2. 19.
[t] Matth. 7. 22.

[u] κατ'

[u] κατ' ἐξοχὴν in sacra Scriptura *fides* vocetur; eáq; sit, de qua potissimùm agit Spiritus sanctus; quæq; nos Christo, & per Christum Deo conjungit.

10 Naturam hujus *fidei* penitiùs introspecturus, seriò, ac pluribus id egi, ut ostenderem; eam esse [x] fiduciam in [y] electis, à [z] Spiritu sancto excitatam, quâ unusquisq; electorum contentas in verbo Dei misericordię promissiones de Christo, totóq; ipsius merito, non tantùm extra se, seu respectu aliorum, veras esse confidit, verùm etiam easdem sibiipsi verè [a] applicat; certò persuasus, sibi quoq; remissionem peccatorum, æternam justitiam, vitámq; donatam esse; ídq; [b] gratis, ex Dei misericordia, propter unius Christi meritum. Hanc fidei descriptionem, ubi fusiùs explicassem, illicò proposui thesin de solâ fide vulgatissimam, in quâ enodandâ, prout ferebant tunc temporis angustię, dedi operam, quàm maximè potui, ut essem brevissimus. *Solam fidem justificare*, tùm ex sacrâ Scripturâ, [quam non pluris faciunt Pontificii quàm [c] *normam dubiam, incertam, plumbeam*, quam [d] *litis materiam*, quàm [e] *discordiæ librum*, quàm [f] *egenum quoddam elementum*, quàm [g] *judicem mutum*, quam [h] *atramentũ mortuum*, quàm [i] *Theologiam atramẽtariã*, quàm [k] *nasum cereum:*] tùm ex sanctis *Patribus*, quorum præ cęteris iidem admiratores videri volunt, tanquam ex testibus locupletissimis, planum feci. Multa in contrarium disputavit Bellarminus, ut improvidos irretiret. Quid fuit, quòd rationes ejus non refellerim? Sanè, quia nolui. Et mihi satius duxi, auditoribusq; meis candidissimis convenientius, si quæcunq; habui, quæ de fide dicerem, ea non ἀνασκευαστικῶς, sed κατασκευαστικῶς, dicerem. Hoc consilio rationes [l] Bellarmini, quibus probare

[u] Danæus Isag. Christ. lib. 4. cap. 7. p. 253.
[x] Heb. 10. 22.
[y] Tit. 1. 1. Act. 13. 48.
[z] 2. Cor. 1. 22.
[a] Galat. 2. 20. Rom. 8. 38.
[b] Philip. 1. 29.
[c] Colloq. Wormat. apud Lubbert. de princip. lib. 1. cap. 5. p. 48.
[d] Colloq. Ratisbon. Rungius. q. 2. a.
[e] Colloq. Wormat. ubi suprà.
[f] Hosius de expres. Dei verbo. parag. Exortus. p. 924.
[g] Albert. Pighius, controv. 3. de Eccles. fol. 89. b.
[h] Ludov. Canon. Lateran. citatus ab Illyrico in nur. concilii. p. 422.
[i] Eckius apud Chemnic exam part. 1. pag. 14.
[k] Pighius Hierarch. lib. 3. c. 3. parag. Sed quoniam. pag. 150.
[l] De Iustifica. lib. 1.

probare nititur, *fidem justificantem* [m] *non esse fiduciam*, [n] *non esse fiduciam misericordiæ*, [o] *non esse tam notitiam quàm assensum*, [p] *non solam justificare*, insalutatas prę-terii. Monstravi tamen, velut indice digito, viros literatissimos, [q] *Amandum Polanum*, & [r] *Lucam Trelcatium*, qui istud satis suppleſſe mihi visi sunt.

11 Gravis profectò est querela, doctrinam nostram de *solâ fide, bonis operibus valdè infestâ esse, atq; inimicâ*. Hæc nobis axiomata ascribunt [s] Jesuitæ; *Imago Dei penitùs in homine deleta est, nullâ boni scintillâ superstite: Tota natura, quoad omnes animæ partes ita funditùs eversa est, ut ne renatus quidē, & sanctus, quicquā sit aliud intrinsecùs, nisi mera corruptio, atq; contagio: Omnia justorū opera sunt sordes, inquinamēta, & peccata mortalia, neq; vitam, sed damnationē æternam promerentur.* At quorsùm ista? Dicit Campianus: ut appareat, nos, *qui solâ fide gloriam rapturi sumus, in omnium turpitudinum cœno volutatos, naturam accusare, virtutem desperare, præcepta deonerare.* Iniquissimam hanc calumniam quartâ meâ lectione volebam annoliri. Quò id facerem expeditiùs, disputationem de *bonis operibus* aggressus sum.

12 In quâ, hæc ferè dixi; *bona opera* [t] *non tolli doctrinâ fidei:* [u] *fieri tantùm à renatis:* [x] *à Deo in nobis præparari: ideóq;* [y] *in eis nobis ambulandum esse.* Ut vel hinc impudentissimi mendacii arguantur, qui nobis de contemptu, neglectúve bonorum operum, litem moliuntur. Qui credimus, & docemus, Deum [z] vocasse nos, non ad luxum, & libidinem, sed [a] ad opera bona, ut in illis ambulemus; Deum [b] eripuisse nos à potestate tenebrarum, ut [c] serviamus Deo viventi, ut rescindamus omnes reliquias peccati, ut [d] in timore,

[m] Cap. 6.
[n] Cap. 8.
[o] Cap. 7.
[p] Cap. 13.
[q] Syllog. thes. par. 1. parag. 23, 209 & Syntag. theol. lib. 9. cap. 6.
[r] Trelcat. instit. l. 3. de fide par. Anno. p. 214. &c.
[s] Campianus rat. 8. Martin. Becanus disp. 4. de justit. bonor. oper. c. 1. p. 203. & Aphoris. 18. doctr. Calvinist. p. 46.
[t] Parag. 7.
[u] Parag. 15.
[x] Parag. 31.
[y] Parag. 33.
[z] Harm. conf. part. 9. ex Anglicana. p. 84.
[a] Ephes. 2. 10.
[b] Coloss. 1. 13.
[c] Heb. 9. 14.
[d] Philip. 2. 12.

&

DE SACERDOTIO CHRIstiano. Caput. 1.

APOCALYP. 5.10.

Feciſti nos Deo noſtro Reges & Sacerdotes.

SAnctiſſimus Evangeliſta, idémq; Apoſtolus [a] propter ſermonem Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti in exilium relegatus, cum divino ſpiritu corriperetur, excellentiáq;, & magnitudine viſionum, & revelationum emineret, [b] thronum conſpexit in cœlo poſitum, cui [c] Dominus Deus omnipotens, qui erat, eſt, vẽturus eſt, [d] jaſpidi, & ſardio lapidi ſimilis, inſidebat. [e] Inſidens throno manu dextrâ tenebat librũ, intùs, & à tergo ſcriptum, ſeptem ſigillis obſignatum. Quem cum accepiſſet [f] Leo ille de tribu Judâ, ſtirps Davidis, [g] agnus mactatus, Seniores viginti quatuor, qui aderant in [h] throni circuitu, [i] habentes ſinguli citharas, & phialas aureas, plenas ſuffituum, coram agno provoluti, [k] canticũ novum cecinerunt: *Dignus es, qui accipias librum, & aperias ejus ſigilla: quoniam mactatus es, & redemiſti nos Deo per ſanguinem*

[a] Apoc. 1. 9.
[b] Apoc. 4. 2.
[c] Ibid. ver. 8.
[d] Ibid. ver. 3.
[e] Apoc. 5. 1.
[f] Ibid. ver. 5.
[g] Ver. 6.
[h] Apoc. 4. 4.
[i] Apoc. 5. 8.
[k] Apoc. 5. 9. & 10.

tuum ex omni tribû, & linguâ, & populo, & natione; & fecisti nos Deo nostro Reges, & Sacerdotes: et regnabimus super terram.

2 Canticum suavissimũ complexu suo duo cõprehendens: [l] Christi dignitatem, & ejusdem confirmationem. Christi dignitas in eo clarissimè elucet, quod præter eum nemo [m] *neq; in cælo, neq; in terrâ, neq; subter terram* habitus fuerit idoneus: qui *librũ acciperet, & sigilla aperiret.* [n] Solus Christus in universitate rerum inventus est, qui in omnia teneat imperium, qui unicus sit Salvator mũdi, qui mysteria Dei nobis revelet, qui singula administret. Idipsum est librum accipere, & sigilla aperire, *Dignus es, qui accipias librum, & aperias ejus sigilla.* Agni hujusce [o] inculpati dignitas confirmatur à beneficiis, tam quæ ab ipso jam accepimus, quã quæ ab eodem speramus nos posthâc accepturos: quæ aliâs rite licet partiamur, in mortem agni, & ejusdem fructus, sive effecta. Mors agni proponitur tanquam causa, cur ad eam dignitatem ascenderit: ὅτι ἐσφάγης. Dignus es, quia mactatus es. Mactatus es? [p] Horrendum agnoscimus adversus omnem ἀνομίαν Dei odium. Placari id nullo potuit modo, nisi perfectissimæ satisfactionis persolutione. Mactatus es? O petulantes & improbi scurræ, (vos appello) [q] *Simoniani, Saturniniani, Basilidiani, Marcitæ, Cerdoniani, Marcionitæ, Apellitæ, Docitæ, Manichæi;* quid tandem docuistis, Dominum Jesum [r] nihil revera unquam passum, nec pati potuisse? Mactatus es? Hic par est, ut intelligamus omne genus injuriarum, [f] quibus affectum Dominum nostrum scribũt Evangelistę, totumq; [t] redemptionis humanę mysterium.

3 Ex agni morte, tanquam è perenni fonte, varia

[l] Junius.
[m] Apoc. 5. 3.
[n] Bullinger. in Apoc. conc. 28.
[o] 1. Pet. 1. 19.
[p] Disp. Fay. 13 par. 6.
[q] Dan. Opusc. pag. 1046.
[r] Fay disp. 12. parag. 11. & disp. 13. parag. 11.
[f] Fay. disp. 13. parag. 4.
[t] Bullinger in Apoc. conc. 28

ria ad nos derivantur beneficia, quæ Scholastici [u] bifariã distribuũt: in ea, quę sunt jam perfecta à Christo, & præstita; & in ea, quæ restant in fine seculi ab eodẽ perficienda, & præstanda. Quæ jam à Christo perfecta sunt, & pręstita, hæc ferè enumerantur: *satisfactio pro peccatis, reconciliatio cum Deo, liberatio à morte, justificatio, sanctificatio, pax conscientiæ, jus hæreditatis æternæ, possessio cœli in persona Christi.* Quæ restant in fine seculi ab eodẽ perficienda, & præstanda, tria sunt: *reditus ipsius è cœlis in illa divinissima sua gloria, & majestate, quâ nomen habet supra omne nomen; corporũ nostrorum resurrectio; & perpetua cum Christo in cœlis æternæ vitæ possessio.* Prioris generis beneficia strictim hîc attinguntur; *Redemisti nos Deo per sanguinem tuum ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro Reges, & Sacerdotes:* attinguntur itidem & posterioris; *Regnabimus super terram.* Quam cãtici clausulam, sic acceperunt [x] Chiliastæ, (qui iidem [y] Millenarii, & Cerinthiani,) quasi post novissimum judicium pii in hac terrâ cum Christo per annos mille sint mansuri. Certus & cæcus error: utcunq; eum [z] nomine Apostolicæ traditionis Justinus Martyr in [a] dialogo cum Tryphone, studiosè defendit. Terrena plus æquo sapuisti sancte Martyr. Nos *superna* [b] *sapimus, non terrestria.* Nihil cogitamus hîc terrenum, nihil corporeum. [c] *Caro non prodest quicquam.* Verba Seniorum spiritus sunt, & vita. *Regnabimus super terrã.* O beatam fidelium futuram sortem. Dominus Jesus *cum celeusmate, & voce Archangeli, & Dei tubâ è cælo descendet: qui mortui fuerint in Christo, resurgent primùm. Deinde nos vivi, qui reliqui erimus, rapiemur simul cum eis in nubes, in occursum Domini in aëra, & ita*

[u] Zanch. de 3. Eloh. lib. 4. cap. 7. art. 3.

[x] Aretius. Bullinger.

[y] Can. quidã. 24. qu. 3. Danęus in August. de hæres. cap. 8.

[z] Lubert. de princip. l. 4. pag. 30.

[a] Pag. 62, 63. edit. lat. Paris. fol.

[b] Coloss. 3. 2.

[c] Ioan. 6. 63.

semper cum Domino erimus. Sic beatus Paulus *1. Thess. 4. 16.* adventum Domini, resurrectionem carnis, humanæ beatitudinis apicem graphicè depingit. Ea demum erit beatitudo nostra. *Erimus semper cum Domino*. Idipsum est, si rem spectemus, quod viginti quatuor Seniores cantico suo novo pro conclusione adjecerunt: *Regnabimus super terram*. Erimus semper cum Domino? Regnabimus super terram? [d] *Alii alios istis sermonibus consolemur.*

[d] 1. Thes. 4. 18.

4 Non sum immoratus in singulis hujus cantici verbis curiosiùs evolvendis; neq; id facere consilium fuit. Unica ejusdem particula materiam mihi suggeret copiosam planè & locupletem, ad quam explicandam reliquum omne tempus hujus horæ, eâ quâ possum, diligentiâ, accommodabo.

Fecisti nos Deo nostro Reges & Sacerdotes.

5 Mira est, & incredibilis Dei Patris in nos clementia, qui nos [e] *impios, peccatores, nefarios*; naturâ nostrâ *incredulitatis*, [f] *iræ*, [g] *mortis filios* usque adeò dilexerit, ut nihil suprà. Aliquid erat vel in servos diligere. Atqui benignissimus Pater eo contentus haud fuit. Nihil prius voluit, quam ut servitutis ereptos jugo, in altissimo, amplissimóq; dignitatis gradu nos collocaret. Quod ut effectum redderet, *misit* [h] *in mundum Filium illum suum unigenitum, qui esset propitiatio pro peccatis nostris*, cujus *sanguine* [i] *ab omni iniquitatis labe purgaremur*, per quem solum [k] *viveremus*. Ille, ille in mundum missus, *fecit nos Deo nostro Reges, & Sacerdotes.*

[e] 1. Tim. 1. 9.
[f] Colos. 3. 6.
[g] Eph. 2. 3.
[h] 1. Ioan. 4. 9. 10.
[i] 1. Ioan. 1. 7.
[k] 1. Ioan. 4. 9.

6 Hujus nostri cùm Regni, tùm Sacerdotii, vetus illud, quod olim Dominus *Exod. 19. 6.* de Israëlitis dixit, typum præ se tulit: *Eritis mihi* ממלכת כהנים

regnum

regnum ſacerdotale: ſive ut ſeptuaginta interpretes verterunt, Βασίλειον ἱεράτευμα *regale Sacerdotium*. Quæ verba æquis expreſſa ſyllabis *B. Petrus epiſtolæ catholicæ prioris cap. 2. verſ. 9.* ad ſolos fideles accommodat *Vos eſtis* Βασίλειον ἱεράτευμα, *regale Sacerdotium*. Perquã venuſta [l] eſt verborum Moſis inverſio: *Sacerdotium regale*, pro *Regno ſacerdotali*. Qui [m] *patris noſtri Abrahæ fidei veſtigiis incedunt*, eumq; honorem adepti ſunt, ut [n] *filii Dei* vocentur, illi ſoli pluſquã honorifico regalis Sacerdotii titulo ſũt ornãdi: illi ſoli Apoſtolico veróq; Iesu *Reges* ſunt, ſunt *Sacerdotes*. Honoris tãti expers, penitùs peribit univerſa infideliũ turba. Soli per fidem in Chriſtum inſiti *Reges* ſũt, ſunt *Sacerdotes*. Et *Reges*, & *Sacerdotes*; ſed [o] analogiâ quadam, & ſimilitudine. Unicus enim Chriſtus functiones ſacerdotales, & regias, Eccleſiã redimẽdo, regẽdó q;, primariò, ac per ſe obivit. At fideles, qui verè tales ſumus, analogiâ, & ſimilitudine *Reges* ſumus, ſumus *Sacerdotes*.

[l] Beza annot. major. in 1. Pet. 2. 9.
[m] Rom. 4. 12.
[n] 1. Ioan. 3. 1.
[o] Kecker. Syſt. Theol. l. 3. c. 6. p. 379.

7 Reges ſumus, quà omnis generis [p] tentationibus, quibus pii ſolent aſſligi, obnitimur; quà Diabolum, carnem, mundum, pacis noſtræ hoſtes importuniſſimos debellamus, & ſubigimus; quà adverſus mortis, & Inferni tyrannidem prævalemus; quà denique in omnes creaturas legitimè uſurpandas dominium, & jus plenum recuperavimus. Hæc planè regia facta ſunt noſtra per fidẽ in Chriſtum. Regii noſtri officii ratione, ſocii ſumus & participes pulchræ & ſpectabilis illius victorię, quam adeptus eſt Dominus *Joan. 16. 33.* ubi diſcipulis ſuis animos additurus, *Confidite*, inquit, *ego vici mundum*: id eſt, ut pluribus explicat [q] vir doctiſſimus, *Syſtem. Theol. lib. 3. c. 6.* Nõ tantùm mea eſt hęc victoria, ſed etiam veſtra, qui mihi

[p] Keckerman. ubi ſupra à pag. 390.
[q] Kecker. ibid.

hi tùm substantiâ,tùm officio unimini. Quicquid salu-
[r] Gualter. in Ioan.16. hom. 148.pag.333. ti vestræ adversum est,[r] ipsum Satanam, ejusq; organa,homines impios, & sanguinarios, peccatum, mortem,& inferos,*ego vici,confidite*. Regium est & illud,quod audimus *Matth.19.28. Sedebitis in thronis duodecim judicantes duodecim tribus Israel*. Quibus verbis quid velit Dominus ostendit idem pererudi-tus Paraphrastes. Unimini mihi, quoad officium regium. Hujus autem officii pars erit *judicare* mundum ; ergo & propter istam officii communionem *judices* eritis. Id *B.Paulus 1.Cor.6.2.* disertè docet, & demonstrat: *An nescitis Sanctos mundum judicaturos?* Judicabunt Sancti mundum.Sed quomodo?Nõ in se,non per se:sed propter communionem cum officio Christi regio. Quin & regium est, nanciscipotestatem utendi fruendi bonâ cum conscientiâ cibo, potu,aliisq; Dei creaturis. Eam nacti sumus per nostram cum Christo rege communionem. A quâ qui
[f] Apoc.9.4. excludũtur,(exclusos scimus omnes eos,qui *in* [f] *frõtibus suis signum Dei* vivi *non habent*)illi in nullam planè creaturam,quidquam dominii,juris, aut potestatis obtinent: ne grano quidem sinapios, aut aquæ guttula sine furto,& rapinâ uti possunt. Qui fassus est (*Tit.1.15.*)*omnia esse pura puris*; subjecit idem, *coinquinatis,& infidelibus nihil esse purum*.

8 Audistis*(viri Patres,& fratres,)* quo sensu in sacris literis appellamur Reges: audite porrò, & quo Sacerdotes. Sacerdotes sumus,quatenus, spiritu & sanguine [t] *primogeniti ex mortuis* consecrati, offeri-
[t] Coloss.1.18. Apoc.1.5. 1.Cor.15.20. [u] 1.Pet.2.5. Rom.12.1. Philip.4.18. mus *acceptas* [u] *Deo nostro hostias,hostias gratas,vivas, sanctas,odores bonæ fragrantiæ,spirituales*, (uno expediam verbo) nos ipsos. Nos ipsos Deo ritè offeri-

mus

mus,quãdo [x] *actiones corporis mortificamus,Deo* [y] *laudem ſacrificamus, vota reddimus, juvencos* [z] *labiis noſtris rependimus,ſpiritum* [a] *fractum exhibemus,eleemoſynas* [b] *egentibus largimur*; ærumnas, & calamitates, quales,quales,perpetimur ac toleramus.

x Rom.8.13.
y Pſal.50.14.
z Hoſ.14.3.
a Pſal.51.19.
b Luc.11.41.

9 *Sacerdotium* hoc noſtrum eſt à Levitico [c] diverſum; eſt & nõ diverſũ. Diverſũ, quatenus externas nõ offerimus victimas: non diverſũ, quatenus Levitæ ſe quoq; vivam Deo obtulerunt hoſtiam; nec illi ſolùm, ſed quotquot pii unquam placuerũt Altiſſimo. *Sacerdotium* hoc noſtrum nullo externo nititur ſacrificio; noſtri ipſorum oblatio, & conſecratio hîc ſpectanda ſolùm. *Sacerdotium* hoc noſtrum omnibus Chriſtianis eſt adeò commune, ut eodem nemo privetur, quin eadem operâ clerus, ſeu ſors Chriſti, beneficiorúmq; ejus hæres eſſe denegetur.

c Theſ.Geneſ. 52.18.

10 Quo magis in univerſum Dei gregem ferrei ſunt, & inhumani, Pontificii, qui ſolis ſuis ſacrificulis Miſſaticis, Sacerdotum larvis unctis, & raſis, ſacerdotalem concedunt dignitatem. Quod dum faciunt, non ſolùm piam, purámq; Eccleſiarum reformatarũ doctrinam deſpicatui habent, & ludibrio; ſed etiam ſana ſanctorum Patrum eloquia nihili pendunt, & quod planè eſt atheum, certiſſima ſancti Spiritus oracula negligunt, depravant, proterunt.

11 Dabitis veniam (*literatiſſimi Academici*) ſi in firmandis partibus noſtris, orationem meam, cum campus detur, in quo liberè vagari poſſit, in anguſtias minimè compulero. Theſis firmanda hæc eſto: *Omnes verè fideles ſunt Sacerdotes.* Eam planè ac apertè loquuntur ſacræ literæ, loquuntur ſancti Patres, loquũtur primarii Eccleſiarum reformatarum antecſignani.

12 Sacras

12 Sacras literas primùm speculemur. Id satis plenè mihi videor facturus, si *Esaiam* ab impuris Papicolarum glossematis vindicavero. Ille, de peregrinis cultum Dei, sub *Messiæ* adventum, amplexuris, [d] sic habet *cap. 56. vers. 7. Adducam ipsos ad montem sanctitatis meæ, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & sacrificia, accepta erunt in altari meo.* Et *cap. 61. vers. 6. Vos Sacerdotes Jehovæ vocabimini.* Et *cap. 66. vers. 21. Ex istis assumam in Sacerdotes.* Hisce in locis præcipuam superstitionis, cæcitatisque Romanæ columnam ædificaturi *Missatici*, en, aiunt, *Sacerdotes*; en & *sacrificium*, etiam *sub novo fœdere*: ergo *sacrificium propitiatorium pro vivis, & defunctis*: ergo *Missa*.

[d] Mornæus de Eucharist. l. 3. c. 2. p. 365.

13 Ut nihil dicam multis ad hanc conclusionem opus esse intermediis syllogismis, notandum, prophetas pro more suo novi fœderis cultum veteris Testamenti verbis exprimere. Alioqui vel cæcus videt, *Hierosolymam, Templum, Altare, Thymiaterium*, cætera, instaurāda esse. Eâ mente idem divinissimus propheta *cap. 60. vers. 7. Omnes greges Kedaris congregabuntur ad te: arietes Nebaioth ministrabunt tibi; ascendentes altare meum accepti erunt.* [e] Doctor gentium, pro Christo [f] zelotypus, in eandem sententiam utitur Legis phrasi, *ad Romanos cap. 15. 16.* ubi palam profitetur *gratiam sibi à Deo datam, εἰς τὸ εἶναι λειτουργὸν, ut sit minister Jesu Christi apud gentes, ἱερουργοῦντα, sacrificans Evangelium Dei, ut oblatio gentium fiat accepta, sanctificata per Spiritum sanctum.* Id planiùs dicit *vers. 20. Evangelizare contendo.* Quæ commemoravi; *Hierosolyma, Templum, Altare, Thymiaterium, λειτουργὸς, ἱερέων*, singula sunt (*ut cum nobili MORNÆO loquar*) in Christo abolita, Christianis allegorica.

[e] Act. 13. 2. & 21. 21.

[f] 2. Cor. 11. 2.

14 Qui-

14 Quinam igitur Esaiæ Sacerdotes? Quænam sacrificia? De Sacerdotibus expressè *Petrus 1. Ep. 2. 5. Vos estis sacerdotium sanctum.* Et *ver. 9. Vos estis regale sacerdotium.* Etiam expressè *Johannes Apoc. 1. 6. Jesus Christus fidus ille testis, primogenitus ille ex mortuis, ac princeps regũ terræ, fecit nos Reges, & Sacerdotes Deo, et Patri suo.* Quod ipsum iterant Seniores in cãtico, verbis contextûs mei: *Fecisti nos Deo nostro Reges & Sacerdotes.* Vos Sacerdotes, & nos Sacerdotes. Vos, & nos: hoc est, omnes, *qui credimus*, 1. *Pet. 2. 7.* Omnes, *quos vocavit Deus è tenebris in admirabilem suã lucẽ 1. Pet. 2, 9.* Omnes, *quos Christus dilexit, & lavit à peccatis per sanguinem suum. Apoc. 1. 5.* Vos, & nos: omnes, qui Deum verè adoramus in Christo, sumus Sacerdotes. Sacerdotes sumus, & offerimus sacrificia, *spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum, 1. Pet. 2. 5. Corpora nostra, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationalem cultum nostrum. Rom. 12. 1.* Sacerdotes sumus, & offerimus sacrificia, non solũ qui Presbyteri indigitamur, sed & illi omnes, qui *veluti* [g] *vivi lapides ædificati, fiunt domus spiritualis*; id est, omnes verè fideles: omnes sine ulla exceptione. *Non est* [h] *Judæus, neq; Græcus; non est servus, neq; liber; non est masculus ac fœmina. Omnes verè fideles sunt Sacerdotes.* Hæc è sacro libata fonte, ad *Esaiam* ab iniquâ Pontificiorum interpretatione vindicandum, ad theseos meæ stabilimen, sunt satis multa.

[g] 1. Pet. 2. 5.

[h] Gal. 3. 28.

15 Antiquitatis monumenta deinceps perscrutemur. Inde liquidò constabit PATRES in hanc causam, conferto quasi agmine descendisse. CLEMENS quem *Petri* faciunt & discipulum, & successorem *lib. 2. constit. Apostol. cap. 29. Carolo Bovio Episcopo Ostunẽsi* inter-

interprete, fideles sic alloquitur: [i] *Audite hæc vos laici, & electa Dei Ecclesia. Etenim antea populus, Dei populus, & gens sancta vocabatur. Vos quoq; igitur estis sancta Dei, & sacra Ecclesia, descripta in cælo, regale* [k] *Sacerdotium; gens sancta; populus acquisitionis; sponsa ornata Domino Deo; Ecclesia magna, Ecclesia fidelis.* Nihil potuit dici appositiùs. Vos *laici*, non tantùm *clerici*, estis *regale Sacerdotium*. CYPRIANVS in *Sermone*, quem habuit *de unctione Chrismatis*, [l] apertè hoc ipsum, palámq; asserit: *Participes Christi quotquot sunt, consortes sunt tam unctionis, quàm nominis; & dicuntur à Christo Christiani, ut sint sui, Christo duce, rectores, & duces, & offerant Deo quotidianũ sacrificium, ordinati à Deo sanctimoniæ Sacerdotes.* Nec obscurè, quisquis fuit *homiliarum in Leviticum* autor sive [m] ORIGENES, sive [n] CYRILLVS: *An ignoras, tibi quoq;, id est, omni Ecclesiæ Dei, et credentiũ populo Sacerdotium datum? Audi quomodo Petrus dicit de fidelibus: Genus electũ, regale Sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem. Habes ergo Sacerdotium, quia gens Sacerdotalis es; et ideo offerre debes Deo hostiam laudis, hostiam orationum, hostiam misericordiæ, hostiam pudicitiæ, hostiam justitiæ, hostiam sanctitatis.*

16 Eâ mẽte [o] TERTVLLIANVS *libro de exhortatione castitatis*, [p] *Nónne*, inquit, *& laici Sacerdotes sumus? Scriptum est: Regnũ quoq; nos, & Sacerdotes, Deo, & Patri suo fecit.* Et [q] AMBROSIVS *in Lucam lib. 5. cap. 6. Omnes filii Ecclesiæ sũt Sacerdotes. Ungimur enim in Sacerdotium sanctum, offerentes nosmet ipsos Deo hostias spirituales.* Et CHRYSOSTOMVS *in ep. ad Corinth. posteriorem, homilia tertia; Nos, non unam, sed tres nunc habemus dignitates: nam & regno potituri sumus, &*

[i] Pag. 27.

[k] Exod. 19. 6. 1. Pet. 2. 9.

[l] Opusc. de Card. Christi virtutib. edito Basil. 1520. pag. 454.

[m] Homil. 9. [n] Li. 9. & Mornæus l. 3. c. 2. de sacrif. Missæ. pag. 366.

[o] Cap. 7. [p] Iuel. defens. Apol. p. 652. [q] Iuel. ibid.

& Sacerdotes efficimur, & Prophetæ reddimur: Sacerdotes efficimur, dum corpora nostra hostiam offerimus. [r] *Exhibete corpora vestra, hostiam viventem, acceptam Deo.* Idem circa finem ejusdem concionis: *Tu in baptismo Rex efficeris, & Sacerdos, et Propheta. Sacerdos, dum teipsum offers Deo, immolásq; corpus tuum, & teipsum mactas.*

[r] Rom. 12. 1.

17 Huc illud *Hieronymi* commentario *in caput primum Malachiæ: Genus Sacerdotale, & regale sumus, omnes qui baptizati in Christo, Christi censemur nomine.* Et *Augustini* illud *de civitate Dei lib. 20. cap. 10. Sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum Chrisma: sic omnes Sacerdotes, quoniam membra sunt unius Sacerdotis: de quibus Petrus, Plebs, inquit, sancta, regale Sacerdotium.* Infinitus essem, mihiq; labori, & vobis tædio, si reliquos è Patrum choro, disertos hujusce sententiæ ascriptores, in medium proferrem. Satis habeo, qui hos protulerim; *Clementem, Cyprianum, Cyrillum, sive Origenem, Tertullianum, Ambrosium, Chrysostomum, Hieronymum,* & *Augustinum,* summâ voluntatum, studiorum, sententiarum consensione idem docentes; *Omnes verè fideles esse Sacerdotes.*

18 Istis accedunt Orthodoxi religionis reformatæ Doctores, eandem doctrinam pro Catholicâ promulgantes. *Wirtembergenses;* [s] *Non est* (inquiunt) *obscurum è sacris literis, quod omnes verè Christiani cõsecrentur in baptisma per Christum filium Dei in spirituales Sacerdotes, & debeant semper offerre Deo spiritualia sacrificia. Helvetii* in eundem sensum: [t] *Nuncupant sanè Apostoli Christi, omnes in Christum credentes, Sacerdotes; non ratione ministerii, sed quòd, per Christum omnes fideles facti Reges, & Sacerdotes, offerre possumus spiritu-*

[s] Harm. conf. parag. 11. Wirt. art. 20. p. 61.

[t] Ibid. Helvet. post. p. 38.

rituales Deo hostias. Et [u] *Basilienses: Omnes verè Christiani, etiam plebeii, sunt* [x] *Sacerdotes æquali jure.* Ad veritatem istam defendendam insignis est, & pia [y] *Lutheri,* [z] *Calvini,* [a] *Bezæ,* [b] *Bullingeri,* [c] *Danæi,* [d] *Aretii,* [e] *Sadeelis,* [f] *Mornæi,* [g] *Whitakeri,* [h] aliorum, qui nobiscum in veræ fidei unitate conjunguntur, conspiratio, & concordia.

19 Propositam meam thesin (*doctissimi Academici*) eâ, quâ potui, brevitate, confirmavi *verbo veritatis,* semine illo immortali, animarum nostrarum pabulo: etiam illustravi sanis antiquorum *Patrum* eloquiis, *Doctorúmq;* religionis reformatæ unanimi, pióq; consensu. Facere hîc non potest misera *Papistarũ* secta, quin obstrepat. Aperto ore in nos involant: cõtentiosè ac pertinaciter clamitant, [i] *apud nos nihil ordine, nihil decenter; omnia confusè, ac perturbatè fieri: omnes apud nos esse Sacerdotes, omnes esse Doctores, omnes esse interpretes.* Quo major nobis ab illis fit injuria, qui cum Ecclesiis in orbe Christiano sparsim reformatis, [k] *Belgicâ,* [l] *Bohemicâ,* [m] *Augustanâ,* [n] *Gallicâ,* [o] *Helveticâ,* [p] *Suevicâ,* [q] *Wirtembergensi,* cõcorditer, pióq; credamus, & doceamus, [r] *Ministrũ legitimè vocari oportere, & rectè, atq; ordine præfici Ecclesiæ Dei: neminem autem ad sacrum Ministerium pro suo arbitrio, & libidine, posse se intrudere.*

20 *Pontificii,* qui contra nos hac in causa scriptis suis acrius depugnârunt, hi ferè sunt: *Jo. Eckius* [s] *in libro de sacrificio Missæ, & in enchiridio c. 7. Jod. Clichtoveus* [t] *in Antiluthero: Alfonsus de Castro adversus hæreses lib. 13. Albertus Pighius controvers. 11. Bellar-*

[u] Thes. Polan par. 2. de missâ Papist. corol. 3 p. 138.
[x] Esai 61. 6. 1. Pet. 2. 5. Apoc. 1. 6. & 5. 10.
[y] Lib. de abrogand. missa: l. de instituend. minist. ad Prag.
[z] Institut. 4. 18. 17.
[a] Thes. Genev. 51. 17.
[b] Comment. in Apoc. 1. cõc. 3.
[c] Respons. ad tom. 2. Bellar. controv. 3. c. 25. p. 136.
[d] In 1. Pet. 2. 5
[e] De unico Chr. sacrif. c. 3 arg. 15.
[f] De sacrif. missæ. lib. 3. c. 2. p. 366.
[g] In Durxum lib. 9. p. 808.
[h] Chemnitii. Sutlivii. &c.
[i] Iuel. Apol. par. 2. cap. 5. par. 1.
[k] Harm. Confess. parag. 11. pag. 161.
[l] Ibid. p. 46. 47
[m] Ibid. p. 57.
[n] Ibid. p. 54.
[o] Poster. ibid pag. 37. & prior. ibid. p. 43.
[p] Ibid. p. 64.
[q] Ibid. p. 62.
[r] Iuel. Apol. par. 2. c. 5. parag. 1. & Harm. confess. parag. 11. p. 54.
[s] Alfons. de Castro adver. hæres. lib. 13.
[t] Ibid.

mi nue-

minus de sacramentis in genere lib. 1. cap. 24. 25. Gregorius de Valentia de Missæ sacrificio lib. 1. cap. 4. & comment. Theologic. tomo 3. disp. 10. qu. 1. Ribera comment. in Apocalypsin: [u] *Hardingus,* [x] *Stapletonus,* [y] *Duræus, autor* [z] *Calvinoturcismi, &* [a] *Kellisonus.* Omnem isti moverunt lapidem, ut sententiam extra modum absonam, & absurdam, quæ nunquam cuiquam nostrûm, ne per somnum quidem, in mẽtem venit, nobis affingerent. Ea est: *Omnes Christianos esse Sacerdotes propriè dictos.*

21 Mera hæc est, & manifesta calumnia nobis injuriosissimè apposita. Tantùm enim abest, ut ejus sententiæ fautores simus, ut planè contrariam religiosissimè tueamur, constantérq; & perpetuò doceamus; *Nullos Christianos esse Sacerdotes, si propriè loquendum sit.* Tria Sacerdotum genera in sacris literis celebrantur. Primum, *Melchisedechicum*; alterum *Aaronicum*; tertium, *Regale*. *Melchisedechicum*, propriè sacerdotium, ad hanc horam mansit, & *manebit* [b] *in perpetuum* in persona *CHRISTI*, qui *Minister* [c] *Sanctuarii*, ac veri illius tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo, in Sancta Sanctorum *intra velum* [d] *ingressus*, sedet in cœlis ad dextram throni Majestatis. *Aaronicum*, etiam propriè sacerdotium, quandiu fuit sacerdotium, per adventum [e] Servatoris abrogatum est, nec aliquid habet loci in novo Testamento. *Regale* nostrum est, omnibus omnino Christi fidelibus [f] catholicum & commune. Ab eo, Christiani omnes, *verè* appellamur Sacerdotes: *verè*, sed nõ *propriè*: *verè*, sensu spirituali; non *propriè*, sensu legali, & literali.

22 Cum enim in sacrosancto propriè dicti Sacer-

[u] Iuel. defens. Apol. c. 5. parag. 1. p. 125.
[x] Counterblast. lib. 4. p. 407.
[y] Whitak. defens. respons. lib. 9. pag. 807.
[z] Rainold. l. 2. cap. 16. p. 329.
[a] Survey. lib. 4. cap. 1. parag. 5. p. 202.
[b] Heb. 7. 3.
[c] Heb. 8. 2.
[d] Heb. 6. 19. 20.
[e] Muscul. loc. com. p. 291.
[f] Ibid. p. 295.

g Ibid. p. 293.
h 1. Tim. 2. 5.

cerdotis officio primas teneat g mediatio inter Deũ & homines, eámq; Scriptura h Christo, Dei filio, unicè tribuat (*unus mediator est inter Deum, & homines, homo Jesus Christus*) non potest quisquam hodiè in terris agens, *propriè Sacerdos* appellari. Solus Dominus Jesus id nominis suo sibi jure vendicat. Ille in cœlum ipsum penetrans, i sacrificium obtulit ἑαυτὸν, k nõ quod esset extra se, sed semet ipsum. Semet ipsũ l *semel obtulit* in ara crucis. Efficacia illius unici, & semel facti sacrificii, tempore non antiquatur, ut opus habeat renovatione. Ut efficax fuit ab initio mundi, ita & ad finem usq; efficaciam suam firmam, & incolumem retinebit. Semel oblatum, m mundum hunc Deo Patri n *reconciliavit*; peccata nostra profligavit; conscientias nostras *à mortuis* o *operibus* ad serviendum Deo vivo emundavit; nos sanctificatos p in perpetuum *consecravit*; ingressum nobis ad thronum gratiæ in ipsa sancta patefecit, *ut accedentes* q *cum fiducia*, misericordiam consequamur, & ad opportunum auxilium gratiam inveniamus. Divinissima isthæc beneficia ex unico illo Christi sacrificio ad salutem nostram affatim redundarunt. Quid ergo amplius opus est *propriè dicto* in terris Sacerdotio? Si r iterandum sit Christi sacrificium, non fuit perfectũ illud, quod in cruce obtulit. Quod quidem asserere, sacrilegum, infandum, blasphemum est. Apertè igitur dicimus, si *propriè* loquendum sit, *nullos Christianos esse Sacerdotes:* nullos; ne Testamenti quidem novi Ministros.

i Musculus ubi supra. p. 294.
k Fay. Thes. 79. 7.
l Heb. 7. 27. & c. 9. 28.
m Muscul. ubi supra.
n Rom. 5. 10.
o Heb. 9. 14.
p Heb. 10. 14.
q Heb. 4. 16.
r Heb. 10. 3.

23 Consultissimè credo factum à *Spiritu sancto*, ut cum in scriptis *Apostolicis*, & *Evangelicis* verbi Ministros variè cõpellet, s πρεσβυτέρους, t ἐπισκόπους, u ἐπισκόπους,

s Ephes. 4. 11.
t Ibid.
u Philip. 1. 1.

[x] πρεσβυτέρους, [y] προεστῶτας, [z] ἡγουμένους, nusquam eos appellet ἱερέας. *Ministri Evangelici* passim in novo Testamento dicuntur *Pastores*, *Doctores*, *Episcopi*, *Presbyteri*, *Præfecti*, *Ductores*; at nullibi *Sacerdotes*. Id rectissimè observavit *Chemnitius* in [a] examine argumentorũ *Tridentinæ Synodi* pro *Missâ Quod memorabile est*, inquit, *cum scriptura novi Testamenti varias appellationes tribuat ministerio, in nullo tamen novi Testamẽti loco, Ministri verbi, & sacramẽtorum, Sacerdotes appellãtur*. Iterum id dicit in eodem [b] examine, ubi veritatis partes agit contra fictitium *Ordinis* sacramentum: In Scriptura *novi Testamenti* appellatio Sacerdotum, & Sacerdotii, nusquam tribuitur ministerio *novi Testamenti*. Hoc ipsum observârunt [c] *Illyricus*, [d] *Whitakerus*, & [e] alii, nusquam in *novo Testamento* publicos religionis Ministros vocari ἱερέας, *Sacerdotes*, sed tantum *Pastores*, *Doctores*, aliisq; ejusdemmodi nominibus, quæ quidem significant, nõ jus offerendi publici sacrificii, sed tantùm prædicandi, ac docendi illud unicum sacrificium, quod semel plenam nobis redemptionem, & peccatorum abolitionem impetravit.

24 Hinc appâret quàm totus sit in nugis *Gregorius de Valentiâ*, dum id confirmandum suscipit; *omnes Christianos non esse propriè dictos Sacerdotes*, quod nemo *Protestantium* unquam affirmavit. Neq; candidior est *Bellarminus*, qui [f] *Luthero*, magno Dei servo, quacunq; potest, nocet. Illi mortuo vafrè, & veteratoriè, insignem apponit calumniam, quasi docuerit vir ille verè pius, omnes homines baptizatos sic esse *propriè Sacerdotes*, ut sint etiam *sacramentorum ordinarii Ministri*. Ut fidem faciat *Lutherum* hoc docuisse, duo copiosè [g] disputat. Primum est: [h] *Minister sacramentorũ*

homo

[x] Tit. 1. 5.
[y] 1. Tim. 5. 17.
[z] Heb. 13. 7.
[a] Part. 2. p. 274.
[b] Par. 2. p. 405.
[c] In clavi, voce Sacerdos.
[d] Contra Duræum lib. 9. p. 812.
[e] Helvetii in cõfess. poster.
[f] Danæus Resp. ad tom. 2. Bellar. cont. 3. c. 25. p. 136.
[g] De sacram. in genere li. 1. cap. 24.
[h] Ibid. parag. Prima propositio.

homo esse debet, non autem Angelus sive bonus, sive malus. Alterum: [i] *Verus Minister sacramentorum (baptismo, & matrimonio exceptis) non est quilibet homo, etiam baptizatus, sed is solùm, qui ritè in Ecclesiâ ordinatus est.* Utraq; thesis & ambigua est, & falsa: ut fusè, latéq; commonstrat *Damus* [k] in suâ ad secundum Bellarmini tomum responsione. Nihil igitur necesse habeo, ut in iis examinandis tempus traducam.

[i] Ibid. parag. Secunda propositio.

[k] Controv. 3. cap. 24.

25 Placebit tamen mihi (*si et vobis*) ad eorũ [*quæ in Lutherο reprehendit Bellarminus*] capita, & fontes quasi digitum intendere. Dixit *Lutherus, omnes verè pios esse Sacerdotes.* Hoc reprehendit *Bellarminus.* Reprehendat igitur viros Dei sanctos *Petrum*, & *Johannem*; *Petrum 1. Ep. 2. 9.* & *Johannem in Apocalypsi cap. 1. 6. & 5. 10. cap. 20. 6.* qui idem senserunt, ut suprà ex mirificâ antiquorum *Patrum*, & singulari omnium *reformatæ religionis Doctorum* conspiratione, planũ feci. Dixit *Lutherus, etiam mulieres posse, sicut sub* [l] *lege, sic sub Evangelio extraordinariè, prophetissarum munere, ex singulari Dei dono fungi.* Hoc reprehendit *Bellarminus.* Reprehendat igitur Deum ipsum, qui in ore Joëlis [m] id prædixit. Prædixit Deus, factum agnoscit *Petrus Act. 2. 17. Hoc illud est, quod dictum est, per prophetã Joëlem: Erit ultimis temporibus,* (*dicit* Deus) *effundam ex spiritu meo in omnem carnẽ, & prophetabunt filiæ vestræ:* [n] *In ancillas meas in diebus illis effundam* ex spiritu meo, & prophetabunt. *Philippo* Evangelistę *Act. 21. 9. erant quatuor filiæ virgines prophetantes.* Noli (*Bellarmine*) Deum reprehendere. Eum potiùs magnifica, quòd etiam mulieribus dona det ad Ecclesię suæ ædificationem. Quæ [o] *Lutherus* de ratione vocandi, instituendiq; Pastoris Ecclesiastici, ad senatum *Pragensem*

[l] Exod. 15. Iudic. 4. 2. Reg. 22.

[m] Cap. 2. 28.

[n] Act. 2. 18.

[o] Tom. 2. de instituend. ministr. p. 391.

piè

piè scripsit, ea in ejusdem calumniā *Bellarminus* more suo, & *Papistico*, malitiosè, & truncatim excerpit. Non licet singulis percensendis immorari: cursim dico. [p] Nunquam voluit *Lutherus*, nunquam sensit; actu quenquam, sine vocatione, sacramentum ullū in Ecclesia Dei administrare posse. Id quidem voluit, id sensit, unumquemq; pium posse pro sui doni mensurâ proximum suum consolari, docere, exhortari, illi viam salutis ostendere. Voluit id, & sensit, ęquissimis inductus *sācti Spiritus* [q] jussis, & imperio. Maledicta, quibus *Lutherum* figit *Bellarminus*, non rependam maledictis. Admonuit me [r] *Danæus* ex [s] *Salomone*, *nō esse stulto secundum stultitiam suam respondendum.*

26 [t] Turris omnem fortium armaturam continens, agnoscitur *Bellarminus*. Nihil igitur mirum, si *Kellisonus*, *Radfordus*, cæteríq; ejusdē figlinæ, [u] Εγχίτ', ἄορίτε, *Hastáq; & gladio, saxísq; ingentibus instent*, ut easdem partes, sartas, & tectas (*ut aiunt*) ab omni detrimento conservent. Hinc factum, ut nihil illi sanctius habuerint, & antiquius, quàm ut simplex, & illiteratum vulgus in eam persuasionem pellicerent, esse nos in unâ *Sacerdotii* causâ, *insanos*, *hæreticos*, *atheos*. Sic omnes in eodem mihi vidētur ludo docti ad maledicentiam. *Insani*, *hæretici*, *athei* habemur hac in causa? Iniquissimè. Non sumus athei, non hæretici, non insanimus. [x] *Vera, ac sanæ mentis verba eloquimur: ac secundum viam illam* [y] *quam hæresin dicunt, ita servimus Deo patrio ut qui credamus omnibus, quæ sacris sunt consignata literis*, nec quicquam extra ea doceamus.

27 Ut breviter, & summatim dicam, hæc docemus: *Christum* factum in æternum ex Dei jurejuran-

[p] Danęus resp. ad 2. tom. cōt. 3. c. 25. p. 137.

[q] Esai. 2. 3.

[r] Cor. 14. 11.

[s] Pet. 4. 11.

[t] Ad tom. 2. Bellarm. cont. 3. c. 25. p. 137.

[s] Prov. 26. 4.

[t] Rainold. Apol. thes. parag. 43. p. 406.

[u] Homer. Il. λ. 265.

[x] Act. 26. 25.

[y] Act. 14. 14.

do [z] *Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech*;[a] nullos habere sui *Sacerdotii* collegas; nobis reliquisse nō *Sacerdotium*, sed *Ministerium*; nullum *sacrificium* ἱλαστήριον hodiè præstandum supereſſe; non temerè factum ut *Spiritus sanctus* nusquàm in novo Testamēto *Sacerdotis*, vel *Sacerdotii* nomen peculiariter ad *Evangelii Ministros* accommodârit. At docemus tamen etiam hodiè in Ecclesia Christiana nonnullis esse locum *sacrificiis*; *sacrificiis non propitiatoriis*, incruentis illis *Missaticorum*, sed *Eucharisticis*; quorū duo genera nobis relicta ait Apostolus ad Hebræos. 13. 15. Αἰνέσεως, ἢ εὐποιΐας, *sacrificia laudis*, seu *gratiarum actionis*; & *sacrificia beneficentiæ*, sive *communicationis*. Ad hæc duo referuntur cætera: [b] Αὐτοθυσία, *sui ipsius mactatio*, quam [c] *Paulus* translatitiè vocat *hostiam vivam, sanctam, acceptā Deo, rationalem cultum nostrum*: & [d] σπονδὴ, *libamentum Martyrii*; *fideiq; & bonorum operum sacrificia*. [e] Τοιαύταις θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. Hęc apud Deum suaviſſimarum sunt instar victimarum, & ab unoquoq; fidelium Deo per Christum offerenda. In sanctis hisce fidelium operibus, secundum dilectionis regulam in verbo Dei præscriptam, ex fide factis, cum duo sint, *externum*, & *internum*: [f] ea tamē sacrificia sunt, non propter id, quod *externum* est, sed propter *interiorem animi affectum*: sacrificia sunt, non *externa*, sed *spiritualia*; eáq; ratione *omnes verè fideles* appellamus *Sacerdotes*.

[z] Heb. 7. 21.
[a] Bucan. loc. 42. p. 488.
[b] Bucan. loc. 45. de sacram. p. 597.
[c] Rom. 12. 1.
[d] Philip. 2. 17.
[e] Heb. 13. 16.
[f] Bucan. ubi supra.

28 Quam sentētiam nostram sanam esse & Catholicam, vel ipsi fatētur *Pontificii*. *Bellarminus* de sacramētis in genere, (*l. 1. c. 25.*) verba *B. Petri* (*1. ep. 2. 9.*) *Vos estis regale sacerdotium*; & *B. Johannis* (*Apoc. 5. 10.*) *Fecisti nos Deo nostro Sacerdotes*; intelligenda affirmat

de

g *de ſpirituali ſacerdotio, quo offerimus hoſtias ſpirituales, id eſt, bona opera, ac præcipuè laudes, & preces: quod quidem ſacerdotium commune eſt omnibus piis hominibus.* Valentianus commentariorum Theologicorum *tom. 3. diſp. 10. qu. 1. puncto 3* locum Petri ſimiliter h intelligit *de ſpirituali ſacerdotio, quod omnibus fidelibus commune eſt: ad quod nimirum pertinet offerre hoſtias etiam ſpirituales, caritatis, juſtitiæ, reliquarum virtutum actiones, quæ in arâ mentis noſtræ inpoſitæ, offeruntur Deo. Ita* (inquit Gregorius) *hunc locum Petri plerig, exponunt, nec ſanè inconvenienter.* i *Fran. Ribera* ea verba in *Apocalypſi*; (*cap. 1. 6.*) *Fecit nos Sacerdotes Deo, & patri ſuo, Omnes* (inquit) *Catholici expoſitores de ſacerdotio metaphoricè dicto interpretantur.* Metaphoricè dictum ſacerdotium quodnam tandem eſt illud? Ibidem ait, *electos Dei dici poſſe Sacerdotes Dei, eo quòd ſemetipſos quotidiè per compunctionem cordis, & orationes, cæteraq; bona Deo offerant.*

g Parag. Reſponſio.

h Parag. Reſpondeo, ſenſum &c.

i Pag. 39.

29 Indignabundus fremit, & furit k *Fevardentius* commentario in epiſtolam priorem *Petri*, ad ea verba: *Vos eſtis regale ſacerdotium: Hunc* (inquit) *Divi Petri locum, nec Papa, nec Epiſcopi, nec ab his ordinati Sacrifici, aut Monachi, de ſe tantùm intelligendum contendunt, ut calumniantur, & oblatrant Hugnoſtici; nec in eo vent notanda Pontificis Romani ſacrilega audacia, quâ ſibi vẽdicet, quod omnibus Chriſtianis eſt commune, quemadmodum* (notate, quæſo, obiter viri iſtius cõquiſitam in probris acerbitatem) *quemadmodum R. Gualterus cum ſuis lupis, ac urſis Helveticis ululat. Hanc dignitatem, hunc gradum, hoc ſacerdotium ſpirituale ſine ullo ſexûs aut conditionis diſcrimine, univerſis in Chriſto, renatis, & ſacro Chriſmate unctis, & ſacratis cõcedimus,*

k Pag. 245.

prædicamus, tribuimus, & commune esse constanter, & palàm profitemur.

1 Mat. 18. 16. 30 [1] In ore duorum, aut trium testiũ stabit omne verbum. *Omnes verè fideles esse Sacerdotes spirituales* valdè asseverãter dicit *Bellarminus*; plerosq; in eadem esse sententiâ, nec sanè inconvenienter, agnoscit *Valẽtianus*; omnes Catholicos expositores idem sentire, autor mihi est *Ribera*; qui omnes, si qua *Fevardentio* fides, *Sacerdotium hoc spirituale*, sine ullo sexûs, aut cõditionis discrimine, *universis in Christo renatis concèdunt, prædicant, tribuunt, & commune esse constanter, et palàm profitentur*. Horum quatuor *Pontificiorum Doctorum* testimonia, quantumvis ad theseos stabilimen meæ infirma esse possent singula; tamen universa, cõjuncta, sunt firmissima; & *Papicolas* cũctos, plùs quàm [m] *triplicato filo, quod non citò abrumpitur*, arctè vinctos tenent. Videtis (*doctissimi Academici*) sententiam nostram *de spirituali Sacerdotio*, non modò non jugulatã esse *Pontificiorum Theologorum* veru, ut hæreticam, insanámve; sed etiam approbatã, ut Catholicam, & orthodoxam. Et adhuc tamen illis habemur, vel in hac causâ, insani, hæretici, athei.

m Eccl. 4. 8. Rainold. Idol. 2. 5. 3.

n Pers. sat. 5.

---[n] *Exclamet Melicerta perisse*
Frontem de rebus----

31 Idem cum illis sentimus, idem docemus, *omnes verè Christianos*, omnes fideles, *esse Sacerdotes spirituales*: & adhuc audimus malè? Quid tandem rei est? Quòd scilicet, præter *spirituale Sacerdotium*, aliud *propriè dictum* non agnoscamus. Vident impuri *Synagogæ Romanæ* Sacrifici, nisi id detur, præter *spirituale Sacerdotium* esse aliud *externum*, idq; *propriè dictum*, se pessum ire, certissimámq; passuros jacturam, ac damnum

num irreparabile. Hinc factum est, ut ex ore suo, *diris & amarulentiâ pleno*, quidvis mali contra nos protulerint, & etiã nunc proferant.[o] *Beati, qui propter Christum convitiis afficiuntur.* Nos è sacro fonte hæc hausimus: [p] Translationẽ Sacerdotii à tribu *Levi* in *Christum* factam: Dominum nostrum *Jesum Christum* unicum esse novi Testamẽti, ut [q] *Mediatorem*, sic & [r] *Sacerdotem*; [s] *Sacerdotem* factum in æternum; solum [t] *sanctum, innocentem, impollutum, à peccatoribus segregatũ*, *unicâ* sui corporis *oblatione* [u] *in perpetuum* nos *consecrasse*. Huic unico Sacerdoti, [x] *domui Dei præfecto*, surrogare alios, qui acceptâ potestate à [y] Suffraganeo offerant quotidiè hostiam, ipsam carnem, & ipsum sanguinem Domini, pro vivis, & defunctis, horrendũ est piaculum.

o Mat. 5. 11.
p Heb. 7. 12.
q Heb. 9. 15.
r Heb. 6. 20.
s Ibid.
t Heb. 7. 26.
u C. 10. 14.
x Cap. 10. 21.
y Harm. conf. parag. 11. p. 38.

32 Pontificios igitur meritissimò aversamur, dũ [z] *duplicem Sacerdotis significationem* nobis obtrudunt; *eam, quæ communis est omnium Christianorum, & eã, quæ novi Testamenti Sacerdotibus convenit.* Erras *Duræe*. Huic distinctioni sese nõ accommodat *S.* [a] *Augustinus* assertorem. Verè de *Augustino* respondet doctissimus [b] *Whitakerus; nomen Sacerdotis ab illo tributum esse Ministris Evangelii ὁμωνύμως, & impropriè; quia nunc Ministri in Ecclesiâ locum obtinent veterum Sacerdotũ, non quia verè & propriè Sacerdotes sunt, quales illi extiterũt.* [c] Idem de aliis etiam Patribus respondet, eos *nonnunquam abusione quadam nomen Sacerdotis tribuere Ministris Evangelii*. Idipsum *Antonius Sadeel* [d] clarissimæ memoriæ, qui cœlestis doctrinæ [e] nitidũ jubar ab affectatâ seculi nocte vindicavit, affirmatè [f] dicit; *Ministros Evangelii sæpè à veteribus vocatos fuisse Sacerdotes alluſione quadam ad vetus Testamentum: ac nos propterea*

z Duræus fol. 366.
a De civit. Dei lib. 20. c. 10.
b Defens. cõt. Duræum l. 9. parag. 48. p. 809.
c Whitak. loco citato.
d Iacob. Lectius in vita Sadeel. p. 1.
e Ibid. p. 9.
f De unico Christi sacrif. cap. 1. p. 41.

Christum appellare verè Sacerdotem, ut alluſiones, & ſimilitudines, removeamus.

33 Argumentum illud, quod de *verbo* [g] *Anglico* adverſum nos arripit [h] *Jeſuita*, planè inſulſum eſt, ac putidum. Quis tulerit eam cõſecutionem; *Anglicè appellamur eo nomine, quo deſignatur ſacerdotium: ergo ſumus propriè dicti Sacerdotes?* Verum quidem eſt; vulgò appellamur *Sacerdotes*: at à quibus tandem? Ab iis, qui *in infimâ plebe*; hominibus, minimè malis illis quidem, ſed non ſatis *acutis*, aut *edoctis* ad verborum proprietatem intellectu perpendendam.

[g] Prieſt.
[h] Duræus. cõſut. fol. 369.

34 Non is ſum, qui nomen *Sacerdotis* aſperner, ac reſpuam. Affirmo tantùm, Miniſtris *novi Teſtamenti* nomen illud nullo modo convenire, niſi [i] κατὰ χρηστικῶς, & ἰμαντώδως: prudentiſſimè factũ ab *Apoſtolis*, quòd in diſtinguendis *novi Teſtamenti* Miniſtris ab [k] *Aaronicis*, nomine *Preſbyteri* potiùs, quã *Sacerdotis*, uſi fuerint; noſq; facturos non imprudenter, ſi, *Apoſtolorum* exemplum ſequuti, nomen *Sacerdotis*, utpote à nobis alienum, deinceps repudiaverîmus. *Preſbyteri* inſtituti ſumus, & admiſſi, non qui [l] *Miſſas* conficiamus, & *ſacrificia* quædam devoremus, ſed qui [m] ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ *laboremus*: [n] *prædicemus ſermonem illum; inſtemus tempeſtivè, intempeſtivè; arguamus, objurgemus, exhortemur cũ omni lenitate.* Ea demum noſtra eſt legitima & ſancta vocatio.

[i] Whitaker. de ſenſ. cont. Duræum. li. 9 par. 47. p. 807.
[k] Ibid parag. 51. p. 813.
[l] Ibid.
[m] 1. Tim. 5. 17.
[n] 2. Tim. 4. 2.

35 Hîc ſe erigit, ſi minùs fortiter, attamen ſtrenuè, altercator clamoſus, ac turbidus, *Matthæus Kelliſonus.* Ambas iratus buccas inflat. Tergiverſatur, ac quærit, quâ vocatione freti noſtri *Paſtores*, *Eccleſiæ* reformandæ, ac docendę, partes ſuſceperint. Apertè, palámq; quod res eſt, *Kelliſone*, dicam. *Paſtores* noſtri, qui primi

primi ſuperiori ſeculo deformatam *Eccleſiam* priſtino ſplendori reſtituerunt, [o] eandem habuerũt *vocationẽ*, quâ vos temerè gloriamini: ſed eã, quâ vos abuſi eſtis, illi in germanum uſum revocârunt. In noſtris habem[p] viros omni doctrinâ & pietate ornatiſſimos, [p] *Lutherum, Zuinglium, Oecolampadium, Bucerum, Martyrem,* [q] *Farellum, Knoxium, Crannerum, Parkerũ*, alióſq; quorũ è ludo, tanquam *ex equo Trojano*, innumeri Miniſtri exiêrunt, certiſſimi *Eccleſiæ Catholicæ, Chriſti ſororis, ſpõſæ, amicæ*, ab *Antichriſti* tyrannide vindices; qui omnes legitimam habuerunt *vocationem*, tùm quà *Preſbyteri*, & *Paſtores*, tùm quà *Doctores*. Quà *Preſbyteri*, & *Paſtores*, docendi populum veritatem, & adminiſtrandi ritè ſacramenta munus illis incumbebat; quà *Doctores*, [r] oportuit illos Theologiam, & ſcriptis & lectionibus explicare, Eccleſiæ veritatem patefacere, doctrinas verbo Dei repugnantes arguere, & pro viribus profligare. Habes, *Kelliſone*, vocationem noſtram.

[o] Morn. de eccl. c. 11. p. 487

[p] Morn. ibid.

[q] Sutliv. in Kelliſon. cap. 1 p. 5.

[r] Morn. de Eccl. c. 11. p. 488.

[ſ] De eccl. milit. l. 4. c. 8. par. Ex quo.

36 At ubi, inquis, *Miniſtrorum veſtrorum ordinatio?* Ubi *Epiſcoporum inter vos ſucceſſio?* Sic ille magnũ ſuum ſequutus magiſtrum, *Cardinalem* [ſ] *Bellarminum*, nos compellat. Interrogatiunculis [t] *Kelliſoneis* ut affatim ſit ſatisfactum; videamus, quid iiſdem de rebus, *ordinatione*, & *ſucceſſione*, noſtrarum partium viri eruditiſſimi, [u] *Gulielmus Whitakerus*, [x] *Fran. Junius*, [y] *Lambert. Danæus*, [z] *Sibrand. Lubbertus*, *Roberto Bellarmino* reſponderint. Singula proferre in medium non licet. Satis habeo, ſi quæ illi copioſiſſimè tradiderunt; ego vel percenſuero, ſtrictimq; attigero. *Bellarminus de Eccleſiâ militante lib. 4. cap. 8. Lutheranis* (quo nomine quoſcũq; in Eccleſiis reformatis verbi Dei Miniſtros

[t] *Kelliſon Survey* lib. 1. c. 1. par. 9. p. 6. & l. 2 c. 5. par. 6. p. 109. & ibid. ca. 5. par. 24. p. 117. & li. 4. c. 1. par. 6. p. 203.

[u] Cont. 2. qu. 5. c. 6.

[x] Animadverſ. in cap. 8. cont. 4. de concil. & eccleſ.

[y] Reſponſ. ad c. 8. cont. 4.

[z] De eccl. l. 5. c. 5.

[Pa-

[*Pastores, Doctores, Episcopos*]perstringit)litem intendit suam. Non habent, inquit, *ordinationem*, nec *successionem*. Non *ordinationem*? At quam tandem? [a] Eámne, quæ verbo Dei præscribitur? An eam, quę est in *Papismo* usitata? Eam, quę prescribitur verbo Dei, (*ep. ad Titum 1. 5. & 2. Tim. 1. 6. & Act. 6. 6.*) eam, per summam Dei gratiam, ac misericordiam, in Ecclesiis nostris retinemus. Apud nos *Diaconi, Presbyteri, Episcopi cũ precibus ac impositione manuum ordinantur*. Habemus igitur *ordinationem legitimam*, quia *Apostolicam*.

[a] Lubbert. de Eccles. l. 5. c. 5. p. 302.

37 Quid amplius desiderat *Bellarminus*? Ut eam scilicet habeamus *ordinationem*, quæ est apud illos, id est, in *Papismo* usitata. At quænam illa? Ea certè: [b] *ut qui fit Episcopus, à tribus Episcopis ordinetur*. Quem morem urget obseruandum, *ex Apostolorum canone 1. ex Anacleti ep. 2. ex duobus Cõciliis*, [c] *Niceno 1.* & [d] *Carthaginensi 4.* Etsi *canones*, quorum primo nos premit, [e] *adulterini* sint, non [f] *Apostolici*; ac *Epistola illa Anacleti fictitia sit*, [g] nulliúsq; apud nos autoritatis: quia tamen vel ex Conciliis citatis satis constat, *legem* ab *Episcopis* fuisse latam; *ut qui deinceps Episcopus futurus esset, esset ille à duobus, tribúsve aliis Episcopis ordinandus*, eam agnoscimus sãctionem esse *Ecclesiastícã*, esse *piam*; non tamen *necessariam*: locum quidem habere in [h] *Ecclesia stante* & *florẽte*, non itidem in *collapsa*, & *eversa*: seruandum esse *rebus salvis* & *integris*, ubi *Episcopi boni fuerint*; at ubi Episcoporum loco lupi egerint, esse mutandam.

[b] Bellarm. de Eccles. milit. lib. 4. c. 8. parag. Quãtum ad.
[c] Cap. 4.
[d] Cap. 2.
[e] Whitaker. cont. 1. qu. 1. cap. 4. p. 12.
[f] Whitaker. cont. 2. qu. 5. cap. 6. p. 283.
[g] Idem ibid.
[h] Ibid. p. 284. 286. 287.

38 Quid si Episcopi omnes fuerint *Ariani*? Fieri id potest, quia factum olim. An tum *ordinatio per tres Episcopos* necessariò seruanda? Negabit, opinor, ipse *Bellarminus*. Facessat igitur, nec amplius obtru-

dat

dat nobis, tanquam *necessarium*, quod vel ipse fatebitur *mutari* posse. Id quidem fatetur *capitis citati paragrapho* [i] *nono*; quo dicit, *dubium esse non posse, quin requirantur ordinariè tres, ut minimùm, Episcopi, ad novi Episcopi ordinationem, nisi fortè ex dispensatione cum uno Episcopo adsint Abbates infulati, qui vicem Episcoporum gerant, ut aliquando fieri solet ob Episcoporum raritatem.* Etiam [k] *paragrapho undecimo*; quo nobis vitio vertit, quòd *nulli apud nos Episcopi ordinati sint à tribus Episcopis, neq; ex dispensatione ab uno, assistentibus Abbatibus.* Quibus verbis concedit *Bellarminus*, in [l] *Episcopi* ordinatione, nõ esse necessarios *Episcopos:* sed propter *Episcoporum* raritatem, eorum locum ex dispensatione *Abbates infulatos* supplere posse. Ergo, vel ipso judice, lex illa, de *Episcopo* per tres alios *Episcopos* ordinando, non est *simpliciter necessaria. Necessariam* esse *ex hypothesi*, fidenter asseveramus; nempè si bona fuerint Ecclesiæ tempora; si tot Episcopi, *at non lupi*, haberi potuerint.

[i] Parag. Quantum ad.

[k] Parag. Ex quo.

[l] Whitaker. cont. 2. qu. 5. c. 6. p. 284.

39 Constitutionis istius Ecclesiasticæ, quàm nos observantes fuerimus, pro nobis *Ecclesiæ nostræ* praxis loquetur. Valuisse eam in ordinatione [m] *Crãmeri*, aliorúmq; tunc temporis *Episcoporum*, si quispiam *Pontificiorum* inficias ibit, næ ille, illorum temporum historiam, *lucem veritatis*, non est nimis studiosè intuitus. At temporibus *ELIZABETHÆ* non valuit. Immò valuit. Testem appello *Parkeri* cõsecrationem, cui adfuerunt Episcopi tres, *Barlous*, *Coverdalius*, *Scorius*, ac duo *Suffraganei*, sicut ex ipsius consecrationis actis eruditus *Sutlivius* in examine supervisionis [n] *Kellisoneæ cap. 1.* planum facit. Tunc valuit. Et hodiè valere quisquam dubitabit, cum status

[m] Sutliv. Exam. cap. 1. p. 5

[n] Pag. 5

Ecclesiæ, Dei gratiâ, sub piissimo JACOBO, multò sit florentior, ac firmatior?

40 Ex dictis satis liquet, esse in Ecclesiâ nostrâ veram ac legitimam Episcoporum *ordinationem*. Vera itidem est, ac legitima eorundem *successio*. *Triplicem* facit clarissimus superioris seculi Theologus, [o] *Hieronymus Zanchius*, Episcoporum *successionem*: ut prima sit *successio personarum simul, & doctrinæ*; altera, *personarum tantùm*; tertia, *doctrinæ tantùm*. Prima illa, quâ per legitimam manuum impositionem *Episcopi*, jam inde ab *Apostolorum* ævo, *Episcopis prioribus* in ejusdem doctrinæ Apostolicæ & sacramentorum ministerio continenter succedunt, momenti est vel maximi. Hæc est successio illa, quâ [p] *Irenæus*, [q] *Tertullianus*, [r] *Epiphanius*, [s] *Optatus*, & [t] *Augustinus*, à [u] *Bellarmino* citati, tanquam argumento evidentissimo usi sunt, ad veram *Ecclesiam* ostendendam. *Successio* isthæc *Episcoporum* personalis cum doctrinâ conjuncta, finem accepit suum ferè cum [x] *Gregorio primo*, anno post Christum incarnatum sexcentesimo quarto. Post illud tempus *Antichristum* Romana meretrix niti cœpit. Hunc postquam enixa esset, Ecclesia ista Ψευδώνυμος, non ampliùs Catholica, sed (ut *Fr. Junii* [y] verbis utar) *pus, & pestis Catholicæ* formari cœpit: nec ulteriùs retinuit eam, quam dixi, personarum simul, & doctrinæ successionem.

41 Alteram illam successionem, *personarum tantùm*, in Ecclesia *Romana* hucusq;, ad annos mille, durasse (ut [z] *Bellarmino* gratificemur) non inficiamur. Eâ tamen sic durasse, ut ipse vult, hoc est, absq; ullâ interruptione, pernegamus. A nobis est *Baptista* (an [a] *Bartholomæus?*) *Platina*, Apostolicus quondam abbreviator

o De oper. Red. lib. 1, c. 19

p Lib. 3. c. 3.
q Lib. de præscript.
r Hæres. 27.
s Lib. 2. cont. Parmen.
t Epist. 165. & psal. contra partem Donati; & lib. contra ep. Fundamenti c. 4.
u De notis Eccles. cap 8.
x *Qui obiit 4 Id Mart. secundum comp. Eccles. Angl.* 603.
y Animadvers. in cont. 4. de Conc. & Eccl. l. 4. c. 6. par. 4.
z De Eccl. milit. l. 4. c. 6. parag. Quamvis.
a Nota ad vitam Platinæ edit. ante hist. Platinæ Colon. 1593.

ator. Ille nobis testis est, Ecclesiam *Romanam* sæpè Episcopis caruisse. Testis est, vacasse eam Sedem post *Sabinianum primum* mensibus 11. diebus 26. post *Bonifacium 4.* mensibus 7. diebus 25. post *Honorium 1.* anno uno, mensibus 7. diebus 18. post *Martinum 1.* mensibus 14. post *Nicolaum 1.* annis 8. mensibus 7. diebus 9. Perquam multæ ab eodem enumerantur Sedis *Romanæ* vacationes, ut mirus in eo mihi videatur *Bellarminus*, qui audeat Episcoporum ducentorum, & ampliùs,[b] continuationem non interruptam asserere.

[b] De Eccles. milit. lib. 4. c. 8. parag 4.

42 At demus ei, quod tamen probare nunquam poterit, *Episcoporũ successionem* in *Romanâ* Sede, à *Gregorio primo* hucusq;, sine ullâ interruptione durasse: quid inde lucrabitur? Nihil certè [c] nisi probare posset similiter; *fidei, et doctrinæ successionẽ* in illâ Sede interruptam non fuisse. Etenim successio nuda [d] localis, & externa tantùm, fide, doctrinâ, ac religione semotis, mortua est, ac tanquam cadaver quoddam: cujusmodi est Episcoporum in Ecclesiâ nunc Romanâ successio. At jactat *Bellarminus* Ecclesiæ suæ [e] conspirationem in doctrinâ cum Ecclesiâ antiquâ; [f] doctrinę sanctitatem, ac etiam [g] efficaciam. At hæc quàm ridiculè? Si enim fastuosus iste Romanarũ hæreseõ [h] ὑπερασπιστὴς non videat mirificè factam in Ecclesia Romana *doctrinæ, gubernationis, cultus divini, sacramentorum*, atq; adeò *totius religionis* mutationem: audebo cum [i] *Sibrando* affirmare, esse eum quidem admodum stupidum, & planè ex eorum numero, quibus Deus hujus seculi mẽtem excæcavit, ne videant veritatem.

[c] Whitaker. cont. 2. qu. 5. c. 4. p. 261.
[d] Ibid. cap. 6. p. 275.
[e] De Eccles. milit. l. 4. c. 9. parag. Sexta nota.
[f] Ibid. c. 11. parag. octava nota.
[g] Ibid. c. 12. parag. Nona nota.
[h] *Sic vocatur à Chamiero, ep. Jesuit. part. 2. ep. Dedic. pag. 7*
[i] De Eccl. lib. 5. c. 5. p. 282.

43. Restat tertia *Zăchianæ divisionis* successio: *successio doctrinæ tătũ*; successio interna, ac viva. Cũ hâc si con-

conjuncta fuerit *personalis*, summoperè quidem probanda est; sine hâc nihili facienda. Rationem vultis? *Personalis* instituta est propter *doctrinæ successionem*; non autem hæc propter illam. *Successio* isthęc *doctrinæ veræ, & Apostolicæ*,[k] per homines, extra ordinem vocatos, prædicatæ, quamvis desideretur *successio* Episcoporum per impositionem manuum consecratorũ, & cõfirmatorum; per se sufficit, ad verum in Ecclesiâ Ministerium constituendum, & continuandum. Hæc ea est, quæ Ecclesiis reformatis, nostræ, aliisq;, per universum orbem Christianum disseminatis, spiritum dat, & vitam. Hinc rectè sequitur: [l] Doctrina, quam nostra Ecclesia profitetur, est illa, quam Christus tradidit: Ergo etiam nostra Ecclesia est illa quam Christus instituit. Idem de reliquis esto judicium.

[k] Zanch. de oper. red. lib. 1 cap. 19.

[l] Lubbert. de Eccl. lib. 5. c. 3. p. 166.

44 Hactenus (*viri, Patres, & Fratres*) meam de *Sacerdotio Christiano* sententiam, qualitercunq; exposui. *Omnes verè fideles esse Sacerdotes*, testimoniis sacræ paginæ, virorúmq; tam prisci, quã nostri ævi, doctissimorum, minimè contemnendis, comprobavi. Contrarias Papicolarum calumnias depuli. Ministerium apud nos sacratissimum ab hominibus malevolis pariter, ac maledicis asserui. Planum feci; in Ecclesiâ nostrâ omnia ordine, omnia decentèr, nihil confusè, ac perturbatè fieri; neminem ad sacrum Ministeriũ, pro suo arbitrio ac libidine posse se intrudere; legitimam nobis esse vocationem, legitimam ordinationem, legitimam successionem.

Gratiam fac nobis [æterne Deus] quos tibi filius tuus unigenitus fecit Sacerdotes, ut singuli ambulemus, prout nos decet, tibi quotidiè offerentes hostias gratas, sanctas,

ſanctas, odores bonæ fragrãtiæ, ſpirituales, noſipſos. Nós q; ſpeciatim ad ſanctiſſima tua myſteria diſpẽſanda vocatos (bone Deus) ſic erudi, & informa, ad ſcientiam, & pietatem, ut eximio noſtro muneri ritè obeundo ſufficiamus; ut verbum tuum ſyncerè doceamus, falſa dogmata ſtrenuè convellamus, omnes ab impietate revocemus, ad gloriã Domini noſtri, Jeſu Chriſti; cui tecum, & cũ Spiritu ſancto honor ſit, & gloria in æternum. Amen.

DE CONSILIIS EVANGELICIS.

Cap. 2.

Matth. 19. 21.

Si vis perfectus esse, abi, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo; & ades dum, sequere me.

VÆ vera sit, & maximè quasi compēdiaria, ad beatitudinem consequendam via, congressus iste Domini, ac Servatoris nostri, *Jesu Christi*, cū juvene quodam, apertissimè demonstrat. Via beatitudinis assequēdæ duplex proponitur; per *opera* in *lege*; per *fidem* in *Evangelio*. Cum [a] prior illa vel juvenis istius exemplo nobis sit ἀδύνατος, illa altera restat ineunda. [b] *Dei gratiam non facio irritam; nam si per legē est justitia, Christus sine causâ mortuus est.* Contextum Evangelicum cursim attingam.

[a] Danæus cōment. in Mat. 19. 16.
[b] Gal. 2. 21.

[c] Illyricus in clavi; voce, *Ecce.*
[d] Piscator.

2 Versu 16. *Et ecce*] Res [c] eximia monstratur; attentio excitatur. Ἰδοὺ] pro τὶς, [d] *Hebraismus* est. Unus, id est,

est, quidam. Quidam non desipiens senectute, sed [e] νεανίσκος, in ætatis flore: non ex infimâ multitudine, sed [f] ἄρχων, [g] princeps sive *Judæorum*, sive *Sacerdotũ*, sive *Phariſæorum*, sive *Synagogæ*; juvenis certè autoritatis primariæ, ac [h] multarum possessionũ. Juvenis iste accedẽs, immò [i] accurrens; non insidioſè, tentãdi animo, quod volunt [k] *Hieronymus*, [l] *Ambroſius*, [m] *Cyrillus Alexandrinus*, & [n] *Gregorius Nazianzenus*; sed seriò, ac discendi animo, ut [o] *Basilius*, [p] *Chryſoſtomus*, [q] *Euthymius*, & [r] *Theophylactus*: Juvenis iste *accedens*, immò *accurrens*, & γονυπετήσας Marc. 10. 17. *genibus flexis Christum* reveritus, dixit ei; *Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Quæstio* est, & eidẽ præfixa *præfatio*. *Præfatio* honorifica est: *Magiſter bone*. *Quæstio* instituitur, non de curioſis, non de subtilibus, non de supervacaneis, sed de necessariis; *Quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?*

[e] Matth. 19. 20
[f] Luc. 18. 18.
[g] Salmeron. in Matth. 19.
[h] Mat. 19. 22.
[i] Marc. 10, 17.
[k] Comment. in hunc locum
[l] Comment. in Luc. 18.
[m] Lib. 2. Theſaur. cap. 1.
[n] Lib. 4. Theolog. paulo poſt med.
[o] Homil. cont. divites avaros
[p] Comment. in hunc loc.
[q] Comment. in hunc loc.
[r] Comment. in Marc. 10.

3 Quæstioni subjicitur *Christi* responsum ver. 17. *Ipſe verò dixit ei*. Responsi duo sunt membra: *reprehẽſio quærentis, & rei quæſitæ declaratio*. Reprehensio est: *Cur me dicis bonum?* Vulgatus *Interpres*, & *Hieronymus* legunt; *Quid me interrogas de bono?* Ita & *Auguſtinus de Trinit. lib. 1. cap. 13.* quemadmodum & in nonnullis etiam nunc Græcis codicibus legi contendit *Maldonatus*. Cum tamen plęraq; exemplaria habeant τί με λέγεις ἀγαθόν; eáq; verba æquis sint expressa syllabis in hujusce colloquii narratione apud [s] *Marcum*, & [t] *Lucam*: omnino legimus; *Cur me dicis bonum?* Sic quadrabunt sequentia.

[s] Cap. 10. 18.
[t] Cap. 18. 19.
[u] Comment. in hunc loc.

4 *Nullus est bonus, niſi unus, Deus*] id est, (ut rectè [u] *Albertus Magnus*) essentialiter, causaliter, exemplariter, & finaliter. [x] Solus Deus est bonus: primáq; omnium.

[x] Senecanus de essentialib. Dei propriet. p. 162.

um bonorum, cum naturalium, tum moralium, non certè otiosa; sed efficiens, operans, gubernans, & finalis causa. Solus Deus est bonus *essentialiter, causaliter exemplariter, & finaliter*. Aliâs & homo bonus est. *Bonus homo è bono thesauro cordis profert bona. Matth. 12. 35. Omnia, quæ creavit Deus, Deus inspexit: ecce bona erant valdè Gen. 1. 31.* Hîc locum habent axiomata illa Theologica apud Aquinatem passim occurrentia: [y] *Omne bonum, est bonum, sola similitudine divinæ bonitatis.* [z] *Omnia sunt bona bonitate Dei.* [a] *Omnia sunt bona bonitate Dei, ut principio effectivo, exemplari, & finali.* Reprehensionem quærentis habuimus. Sequitur rei quæsitæ declaratio.

y Prima, qu. 105. c.
z Prima, qu. 6. 4. o.
a Ibid.

5 *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*] Perperam faciunt *Pontificii*, qui hisce verbis, ad dogma suum de bonorum operum meritis stabiliendum, abutuntur. Hic locus nihil eis favet. Verba *Christi* verissima esse agnoscimus: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* At inferimus. Mandata Dei nemo potest plenè præstare. Num ergo nos [b] inanibus præceptis, & vanis promissionibus lactat Deus? vel, ut *Bellarminus lib. de monachis cap.* [c] *13.* num Deus est omni tyranno iniquior, & crudelior, quippe qui tributū petat, quod nemo potest solvere? Non est ita. Ad retundendam [d] in juvene illo perfectionis persuasionem hæc loquutus est Dominus: idq; voluit, ut juvenis ille imbecillitatem suarum virium in implendâ lege experiretur. Responsum Domini legale est: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.*

b Gualther. in Luc. hom. 169.
c Parag. Respondeo negandum.
d Osiander resp. ad Pontif. c. 10. qu. 3. arg. 4.

6 Juvenis [e] mox ardore inflammatus erga mãdata, λέγει αὐτῷ, ποίας; versu 18. ποίας; quærere videtur de *qualitate*, cum revera quærat de *substantiâ*. [f] ποίας; id

e Aretius.
f Beza annot. majorib. & Luc. Brug.

id eſt τίνας. *Dicit ei, quæ?* perſuaſus nimirum (ſi g *Lucæ Brugenſi* credendum) à *Jeſu*, novo *Doctore* regni cœlorũ, nova mãdata diſcipulis, ac ſectatorib⁹ proponi. *Quænã illa ſunt mãdata, quæ jubes, ut obſervẽ?* h Percurrit illi *Chriſtus* præcipua mandata ſecundæ tabulæ: *Nõ occides, Non mœchaberis; Non furaberis; Non dices falſum teſtimonium.* Quatuor hiſce præceptis negativis (i in quibus *Futurum* pro *Imperativo*, more *Hebræorum*, ponitur) unum additur affirmativum, *verſu 19. Honora patrem tuum, & matrem.* Cui ſubjicitur generale illud, in quo omnia præcepta recapitulantur: *Diliges proximum tuum, ut teipſum.* De primæ tabulæ præceptis ſilet *Chriſtus*, k quia ex officiis caritatis, meliùs perſpicitur, qualis ſit cujuſq; animus: vel (ut l *Abulenſis*) quia in præceptis ſecundæ tabulæ includuntur præcepta primæ. Iſthæc non dilato. Pergo.

g Comment.

h Aretius.

i Salmeron.

k Marlorat.

l In Matth. 19. qu. 124.

7 *Verſu 20. Dicit ei adoleſcens ille: Omnia hæc obſervavi à juventute meâ.*] Mentitum eſſe adoleſcẽtem m putant n *Hilarius*, o *Hieronymus*, p *Ambroſius*, q *Auguſtinus*, *Theophylactus*, *Beda*, & alii. Magis probat *Maldonatus* ſententiam r *Baſilii*, *Chryſoſtomi*, atq; *Euthymii*: juvenem hunc dixiſſe, quod res erat. Ut credam, prorſus mentitum eſſe adoleſcentem, adduci non poſſum, cum ſub hæc ipſius verba *Marci 10. 21.* legam, *Chriſtum* eum intuitum eſſe, ac dilexiſſe. An Deus veritatis diligeret prorſus mentientem? Non credam. *Omnia hæc obſervavi à juvẽtute mea.*] videor mihi videre præclarum vitæ tranſactæ teſtimonium, s quod juvenis iſte ſaltem de externâ præceptorum Dei obſervatione gloriari potuerit. Quem hodiè dabitis [*hujus loci, & ordinis juvenem?* immò] virum jam ætate gravem, vel etiam ſanctitatis ſpecie vene-

m Morton. Apol. Cathol. par. 2. lib. 2. cap. 12.

n Canone in Mat. 19.

o Comment.

p Comment.

q Epiſt. 89.

r Homil. 2. contra divites avaros.

s Gualther. in Luc. Homil. 169.

rabilem, qui istud de seipso, verè dicere possit: *Omnia hæc observavi à juventute meâ?* Plures (*vereor; quæ nostri seculi calamitas est*) reperiemus, qui præcepta Dei ex ordine nè recitare quidem, nedum de illorum observatione gloriari possint. Pergit adolescens.

c Gualther. ubi suprà.

8 Τί ἔτι ὑστερῶ;] Nihil humile, nihil vile, nihil abjectum, pectus istud juvenile sapit. Qui [c] in præceptis Domini, operúmq; justitiâ, tantum studii hucusq; impenderat, ille Christum de consequenda vita æterna interrogat; *Quo adhuc deficior?* Conscientia hominis nullis operibus externis placari potest, quo minùs judicii divini terroribus infestetur. Juvenis iste imperfectionis suæ sibi conscius, *Quo* (inquit) *adhuc deficior?* Indulgentissimus Dominus qui [u] *arundinem quassatam non comminuit, neq; linum fumigans extinguit*, amicè illum compellat.

u Mat. 12, 20.

9 Versu 21. *Si vis perfectus esse, abi, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & adesdum sequere me.*] Explicatiùs hæc eloquitur *Mogũtinus* ille cõcionator [x] Jo. *Ferus*: Si cupis esse is, quem jam te esse præsumis, *vade* jam sine morâ, noli differre usq; post mortem tuam, *vende*, non partem bonorum, sed omnia, quæ possides, *& da*, non amicis, non his, qui retribuere possunt, sed *pauperibus*, à quibus nullam expectare potes retributionem. *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & sequere me.* Hoc quid aliud est, quàm, Claude cor tuum mũdo; aperi idipsum Deo; neglige terrena; occupare cœlestibus; relinque creaturas; adhære creatori? *Vende quæ habes*] negotium arduum. *Habebis thesaurum in cælo*] ampliss. mum præmium.

x Comment.

10 Quid ad hæc adolescens? Ne verbum quidẽ.

Sed

Sed uti dicit *Matthæus verſu 22.* ἀπῆλθε λυπούμενος. Nō [y] indignatus eſt, non obmurmuravit, non deriſit ſermonem Domini; ſed *abiit*, λυπούμενος, animo mœſto, dejectóq;. Rationem vultis? Subſequitur: ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά. Pium adoleſcentis affectum, veluti bonū ſemen[z] ſpinæ divitiarum obruebant.

[y] Ferus. Luc. Brug.

[z] Eraſm. paraph.

11 Contextum hunc Evangelicum (viri Patres, & fratres,) curſim, & breviter attigi, eâ mente, ut ejuſdem ſerie, ac filo perpenſis expeditior mihi via ſit, ad *verſum 21.* ab erroris *Papiſtici*, nō nubeculâ, ſed rabie, vindicandum. *Si vis perfectus eſſe, abi &c.*] Erigunt hîc *Pontificii* pluſquàm marmoream ſuperſtitionis ſuæ columnam, cui innititur magnū illud *vitæ Monaſticæ* myſterium. Eſſe *conſilia* (quæ vocant) *Perfectionis*, ſive *Evangelica*, vel hinc (quâ ſunt fiduciâ) certiſſimè ſibi videntur eviciſſe. At quàm rectè ſit iſtud ab eis factū, dicam, ſi priùs, quid de re ipſâ ſentiamus, aperuero. Quod quidem mihi videor non ineptè facturus, ſi mihi quaſdā, tanquā θέσεις, ſūpſero, quæ & Theologicę ſunt, & hujus cauſæ; iiſq; firmandis operam dedero.

12. *Theſis 1. Conſilia*, quæ vocāt, *Perfectionis*, ſive *Evangelica, non ſunt præceptis Dei præſtantiora.* Id vel luce clarius eſt meridianâ Divinæ legis dignitatē pōderantibus. Cujus quidem dignitati ex eo nihil obducitur tenebrarum, quòd eam B. Paulus appellationibus quaſi ignominioſis notet, vocétq; [a] *pædagogum*, [b] *carcerem*, [c] *jugum ſervitutis*, [d] *vim peccati*, [e] *elementū infirmum, & egenum*, [f] *iræ*, & [g] *mortis operatricē*, [h] *condemnationis miniſterium*, [i] *literam occidentem*, [k] *chirographum nobis contrarium*, & [l] *teſtamentum ad ſervitutem prolem generans.* Dicta ſunt iſthæc ab Apoſtolo in collatione legis & Evāgelii, nō *ſimpliciter*, ſed [m] κατὰ τι, culpâ

[a] Galat. 3. 24.
[b] Verſ. 23.
[c] Galat. 5. 1.
[d] 1. Cor. 15. 56
[e] Galat. 4. 9.
[f] Rom. 4. 15.
[g] Rom. 7. 5. 2. Cor. 3. 7.
[h] 2. Cor. 3. 9.
[i] Verſ. 6.
[k] Coloſ. 2. 14.
[l] Galat. 4. 24.
[m] Bucan. loc. 19.

culpâ nostrâ, non Legis; ut hinc nihil omnino detractum putem ab ejus dignitate. Eadem enim per se cõsiderata, ut doctrina à Deo promulgata, honorificè appellatur, *Rom.7.12. Lex quidem sancta; & mandatum sanctum, & justum, & bonum*; & *vers. 10. Mãdatum ad vitam*; & *Act.7.38. Eloquium Dei vivum.*

13 Amplissimis eandem regius Propheta ornaturus præconiis *Psalmo 19.*[n] eã variè appellat, *doctrinam Domini, testimonium, mandata, præceptum, timorẽ, judicia.* Singulis sua addit epitheta, & elogia: *Doctrina Domini perfecta, testimonium fidele; mandata recta, præceptum purum, timor mũdus, judicia vera.* Adjicit & efficaciam: *Restituit animam, erudit imperitum, cor lætificat, oculos illustrat.* Efficaciæ subjungit commendationes *à perpetuitate, à justitiâ, ab utilitate, à jucunditate.* Istis non immoror. Primaria legis cõmendatio est ab *efficiente causâ*, sive *autore*, ipso nempè *Deo*: cujus hîc notanda; *bonitas, sapientia, majestas, omnipotentia.*[o] *Bonitas* efficit, ut nihil injustum, aut tyrannicum præcipiat: *Sapientia*, ut in lege ferendâ nihil omittat necessarium, nihil adjiciat superfluum: *Majestas*, ut jus habeat, & autoritatem imperandi, nos vero maneat obsequendi necessitas: *Omnipotentia*, ut præmia bonis, supplicia malis possit rependere. Quin & divinæ legi sua est commendatio *à formâ, à fine, à fructu.* Summatim dico:[p] Si *autorem* spectes, nihil sanctius, nihil sapientius, nihil justius: si[q] *formam*, nihil absolutius, nihil perfectius: si[r] *finem*, nihil excellentius: si *fructum*, nihil utilius.

[n] Vers. 8. 9. 10.

[o] Fay. Thes. 42.7.

[p] Sutliv. de Monach. instit. cap. 15. fol. 72.

[q] Fay. Thes. 42.10.

[r] Ibid. parag. 14.

14 Hæc ut dilatem apud vos (*viri undiq; doctissimi*) nihil est necesse. Persuasissimũ vobis est, sine omni exceptione hæc esse verissima: legem Dei *absolutissimam*

mam pietatis & juſtitiæ regulam præſcribere; eandem ita *perfectam* eſſe, ut nihil ei vel [f] *addi*, vel *adimi* debeat; [t] *Perfecto* nihil poſſe adjici; *Perfectos* eſſe, qui in præceptis [u] Dei ambulant; Deum ipſum, ipſum perfectũ, qui nos ad ſui exemplar perfectos eſſe vult, & jubet, [x] ad eam *perfectionem conſequendam*, legis ſuę *præcepta* nobis dediſſe, ſciviſſe, ſanciviſſe: [y] Chriſtum, [z] prophetas, [a] Apoſtolos, ut *perfecti* coram Deo ſimus ad *ſola divinæ legis præcepta* nos revocare. Vis curari? quę ſunt collyria? noli mentiri, noli pejerare, noli adulterari, noli furari, noli fraudare. Ecce, ut *perfectus ſis*, S. Auguſtinus tractatu 18. in Johannem mittit te *ad legis præcepta*. Quæ cum *perfectiſſima* ſint, ſtat immota prima mea Theſis. *Conſilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, ſive *Evangelica, non ſunt præceptis Dei præſtantiora.*

15 Theſis 2ª. *Conſilia*, quę vocant, *Perfectionis, ſive Evangelica, non ſunt nobis à Chriſto demonſtrata, aut commendata.* Quæ enim *Chriſtus* in *Evangelio* nobis, aut demonſtravit, aut commendavit, ſunt ea quidem præcepta potiùs, quam conſilia nuncupanda; ſiquidẽ piis omnibus, & ſingulis, æquè [b] præcipiantur, eos ęquè obligent, ac non obſervata pœnam habeant. Æquè præcipiuntur, *vende, quæ habes; ſequere me*; aliáq; quæ in conſiliis enumerant, ac illud, *ſerva mandata. Vende, quæ habes; ſequere me.*] Ecquis vel ingenio Bęotico, qui verba iſta audierit, ea, præcepta eſſe inficiabitur? Æquè præcepta, æquè obligant, & ad pœnam. Rectè *Johannes* in *Apocalypſi cap. 22. 14. Beati qui præſtant agni* [non conſilia, ſed] *mãdata. Jus erit illis in arborem vitæ, & in civitatẽ per portas ingredientur.* Qui ſecùs fecerint, qui non præſtiterint, væ illis. [c] *Formidoloſi, increduli, execrabiles, homicidæ, ſcortatores, veneſici, idolo-*

[f] Deut. 4. 2. & 5. 32. & 12. 32. Surliv. ubi ſuprà. Danæus reſp. ad Bellarm. tom. 1. cont. 5. lib. 2. cap. 7. p. 950.
[t] Dan. ibid.
[u] Gen. 17. 1. Surliv. ubi ſuprà.
[x] Levit. 11. 44. Matth. 5. 48. 1. Pet. 1. 16. Danæus, ubi ſuprà.
[y] Mat. 19. 17.
[z] Hoſ. 6. 6. Mic. 6. 8. Malac. 4. 4. Eſai. 8. 20.
[a] Rom. 13. 8. 9. Philip. 3. 16. 1. Pet. 1. 15. 16. Danæus ubi ſuprà.
[b] Danæus reſp. ad Bellar. tom. 1. cont 5. lib. 2. c. 7.

[c] Apoc. 21. 8.

idololatræ, mendaces omnes, omnes qui Dei filiũ, filiíq; Dei præcepta conculcaverint, *in lacum igneum, ac sulphureum* conjecti, æternis cruciatibus torquebuntur.

d Marc. 16. 15. e Viller. aut Cherpunt. in Marc. 16. 15.

16 Discipulis suis commisit Dominus, non *consilia*, sed *præcepta*, *Mat. 28. 20.* d *Abite in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ*; e nõ Judæo, nec in Judæâ tantùm; sed omnibus hominibus, & ubiq;: *docete eos servare omnia, quæ mandavi vobis*; quæ *mandavi*, non quæ *consului*. Quæcunq; Christus vult nos edoceri, & à nobis servari, ea *mandavit*. At quid si *consuluisset*? Certè, si (quod scribit Plato epist. 7. ad Dionis propinquos, & familiares) αἱ τῶν τυράννων λύσεις μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσὶ, si preces tyrannorum necessariæ sint, mandati instar; longè id æquiùs statuim°, f cõsilia Christi *mãdata* esse; uti illud *Apoc. 3. 18.* Συμβουλεύω, *Consilium do tibi, ut emas à me aurum igni exploratum, ut dives fias; & vestimenta alba, ut induaris, nec manifesta fiat pudenda nuditas tua.* Quid multis? Cum *Consilia Christi*, si quæ videantur talia, habenda sint in *præceptis*; præsertim cum omnia, quæ nos servare vult Christus, ipse *mandaverit*; stat immota secunda mea Thesis: *Consilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, sive *Evangelica, non sunt nobis à Christo demonstrata, aut commendata.*

f Iun. de mẽb. Eccl milit. cõt. 5. lib. 2. cap. 7. parag. 1.

17 Thesis 32. *Consilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, sive *Evangelica, non sunt opera bona*. Nec *opera*, nec *bona*. Quæ duo eruditus g *Sutlivius cap. 11.* de Monachorum institutis, adversùs primarium Romanarum partium propugnatorẽ, uberiùs, ac fusiùs disputavit. Breviter, & in transcursu dico; consilium non esse h *opus*, sed potiùs *operis* velut *causam*: eúmq;, qui *causam* cum *effectu* velit confundere, ipsum quidem valdè esse

g Fol. 47. b.

h Ibid. f. 48. a.

inopem

inopem conſilii: deinde dari [i] *conſilium* à conſulente; ſumíq; vel pro diſcurſu rationis, vel pro concluſione; at *opus* ejus eſſe, qui *conſilium* ſequitur: adeò immane eſt, quantùm diſcrepant *Opus*, & *Conſilium*. Neq; facilè obſervare eſt, aut ſacras [k] literas ſermone Latio redditas, aut Patres Eccleſię, aut quenquam latinè ſcientem, ita loqui, ut *conſilium* appellet *opus*. Scholaſtici, qui ſingularem in loquendo ſibi ſumũt licentiam, verbum vix proferũt tam audax, & inſolens. Sed nolo de verbis litigare. [l] *Bellarmino*, & [m] *Salmeroni* hanc ego lubens do veniam, verbis ut fruantur ſuis, *conſilia* ut vocent *opera*.

[i] ibid.f.47.b.

[k] Ibid.f.48.a.

[l] Lib.de Monach.cap.7. parag. Quantum.

[m] Tom.13. Diſp.9.de rat. Paulum intelligi,parag.Vndecima reg. pag.35.b.

18 At qualia tandẽ? *Bonáne*? Non aſſentior. Bonum hîc accipio, quo nihil melius; abſolutè bonũ; per ſe, & ſimpliciter bonum; verè bonum. Quo ſenſu *conſilia Monaſtica*, non ſunt, non dici poſſunt, *bona*. Ratio mea: quia non ſunt *præcepta*. Non poteſt quicquam verè bonum morale dici, quod divinâ lege non præcipitur. Aliter qui ſentiunt; legem illam abſolutiſſimam arguunt imperfectionis. Et quid iniquius? Neq; nihil eſt, quòd, cui dicitur, *Recede à malo*, eidem dicatur, *Fac bonum. pſal. 34. 15*. Dictum id omnibus Dei filiis. Omnibus; non eximitur vel unus. Nobis ipſis & officio noſtro nimiùm deſumus, qui bonum non facimus; bonum non apparens, ſed verè bonum; & omne verè bonum. At omnium non eſt *Conſilia* ſequi *Monaſtica*. Hoc affirmant Pontificii. Affirmabo igitur & ego, *Conſilia illa non eſſe verè bona*. Etſi miſſa fecero multa, quæ huc adferri poſſent, argumenta; vel ex iis, quæ jã preſſiùs dixi, ſtabit immota tertia mea Theſis: *Conſilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, ſive *Evangelica*, *non ſunt opera bona*.

19 Thesis 4ª. *Nulla sunt consilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, sive *Evangelica*. Qui se huic thesi accõmodârunt assertores, recẽsentur à [n] *Bellarmino*; *Lutherus* in Epithalamio, & libro de votis Monasticis; *Philippus* in locis communibus cap. de discrimine præcepti & cõsilii, & in apologiâ confessionis Augustanæ; *Pet. Martyr* in lib. de cœlibatu, & votis Monasticis; *Calvinus* Institut. lib. 4. c. 13. *Brentius* in Cõfessione Wirtẽbergica cap. de votis Monasticis: addit [o] *Alphonsus de Castro* Jo: *Spangenbergiũ* in Margaritâ Theologicâ: addo & ego *Mart. Chemniciũ*, qui *Melanchthonis* locos illustravit; & *Gul. Perkinsum* in Catholico reformato; & (ut [p] multos sileam) instructissimos Christi milites, qui magnum illum *Bellarminum* adorti, cum eo singulari acie, & fæliciter dimicârunt, *Junium*, *Danæum*, *Sutlivium*.

[n] De Monach. cap. 8.

[o] Adverss. hær. lib. 12. cap. Præceptum.

[p] Osiand. Enchirid. contra Pont. cap. 12. qu. 3. p. 143. Artic. religionis Eccles. Anglicanę. art. 14. Fay. thes. disp. 41. par. 39 Consens. Iesuit. & Christ. p. 777. &c.

20 Cum tot, & tanti viri, clarissima Ecclesiæ verè Catholicæ per Dei gratiam lumina, seriò id egerint, ut argumentorum numero, & pondere, veritatem eam, quæ venerandæ antiquitati semper integra fuit, & illibata, stabilirent; docerẽntq; quia nulla penitus [q] vocula est à *Christo* emissa, cui non sit necessario obtemperandum, *nulla certè esse consilia Evangelica*; nihil necesse habeo, doctrinam tam sanctam, cui sæpiùs, sub articulo Supererogationis, graduati, subscripsimus, pluribus confirmare. Date modò veniam ut è tribus argumentis, quæ *Pelagiana*, & è quatuordecim, quæ *Calvinistica*, calumniosè & cõtẽptim, indigitat [r] *Bellarminus*, paucula huic negotio secernam.

[q] Calvin. inst. lib. 4. c. 13. parag. 12. Alphõs. a Castro adverss. hæres. lib. 12. cap. præceptum.

[r] De Monach. cap. 13. parag. In cõtrarium.

21 *Consilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, sive *Evangelica*, *nulla esse*, planè docent illa sacrarum literarum loca,

loca, quibus omnes, in Christo baptizati, tendere jubentur ad *perfectionem*. Omnibus discipulis suis dicit Christus, *Mat. 5. 48. Estote vos perfecti, ut pater vester, qui est in cœlis, perfectus est*. Omnes *Corinthios* alloquitur *Paulus 2. epistola cap. 13. vers. 11. Gaudete*, [s] *perfecti estote*. Omnes Christianos idem *Ephes. 4. 3.* apertè docet, *crescere* debere *in virum perfectum*. Qui & finis est prædicationis nostræ, *Colos. 1. 28.* ut *quosvis sistamus perfectos in Christo Jesu*. Omnes, sine discrimine, necessitate *præcepti*, vocantur ad perfectionem: nulla igitur sunt *perfectionis consilia*. Vanæ sunt, & futiles, illæ de *perfectione* distinctiones, ex acutis [t] Papistarum cerebellis edolatæ ad *consilia* sua *Perfectionis* munienda: *Perfectio, alia est caritatis, sive necessaria; alia consilii, sive utilis*. Fingant, per me licet, nova rerum, ac nominum monstra, fingendóq; sudent: at nè hilum quidem proficient. Loci jam citati planissimè evincunt; omnibus Christianis perfectionem non *consuli*, sed *præcipi*: omnes Christianos, omnes sine discrimine, necessitate *præcepti*, vocari ad *perfectionē*; non eam, quam dicunt *consilii*, sive *utilem*: sed eam, quæ *caritatis* est, & *necessaria*.

[s] Καταρτίζεσθε. vulg. *Perfecti estote*. Salmer. Com. tom. 5. tract. 43. p. 264. Sutliv. de Monach. instit. c. 10. parag. Quarto om.

[t] Salmeron, ubi suprà. Bellarm. de Monach. c. 13. parag. Tertio Matth.

22 Huc accedit præceptum illud sanctissimum pariter, ac vulgatissimum, populo Israëlitico, & in eo nobis à [u] *Mose* datum, & ab unigenito Dei filio, in sanctissimo suo Evangelio, [x] fœlicissimo de æterna salute nostra præconio, [y] sæpiùs iteratum; *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis*. Corde, animâ, mente, viribus; iisq; singulis, & totis. Cæcutirē profectò, si cum [z] *Bellarmino*, [a] *Jansenio*, [b] *Maldonato*, & [c] *Brugensi*, hæc tot verba, corde, animâ, mente, viribus,

[u] Deut. 6. 5.

[x] Dan. Isagog. Christ. par. 3. lib. 3. cap. 21.

[y] Mat. 22. 37. Marc. 12. 30. Luc. 10. 27.

[z] De Monach. cap. 13.

[a] Concord. in Mat. 22. 37.

[b] Comment. in Mat. 22. 37.

[c] Annot. in Matth. 22. 37.

bus, nihil differre vellem. Apertè ea distinguuntur à [d] *Gregorio Nysseno*, [e] *Theophylacto*, [f] *Anselmo*, [g] *Augustino*, [h] *Bernardo*, [i] *Aquinate*, [k] *Caietano*, [l] *Abulensi*, [m] aliisq; superioris seculi viris doctissimis, sacræq; paginæ interpretibus fidelissimis. Hos sequutus & ego ea distinguo. Corde affectus, animâ vitam, mente intellectum, viribus omnia bona externa, & corporis intelligo. Cordis est scire, animæ velle, mentis posse; virium, ex corde, animâ, & mente, scire, velle, & posse, non tantum corporis nostri valetudine bonâ, robore, formâ, agilitate, aliisq; dotibus, sed & divitiis, & dignitate, & autoritate, Deum glorificare, eiq; debitum præstare obsequium. Primum hoc est, & verè magnum mandatum: cui quidem penitùs implendo cum (vel ipso [n] *Augustino*, & [o] *Lombardo* testibus) non sit quisquã hâc infirmâ, fragiliq; vestit° carne, qui sufficiat; ausim affirmare, *Consilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, sive *Evangelica*, aut ad dilectionem Dei nihil omnino pertinere, aut isto de dilectione Dei mãdato præcipi.

23 Multus est, nec tam solidus, quàm verbosus [p] *Bellarminus* in mandato isto maximo malè, pravè, nequiter, turpiter ad partes suas firmandas interpretando: cui cum abundè satisfecerint viri doctissimi, [q] *Junius*, [r] *Danæus*, [s] *Sutlivius*, nihil ego ultra respondebo. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex totis viribus.*] Haud explicatè satis locutus est [t] vir ille verè magnus, insignitérq; & impensè eruditus, qui affirmavit, *actiones nostras à Deo multo plures approbari, quàm quæ præcipiuntur.* Qui præcipit ut toto corde, totâ animâ, totâ mente, totis viribus ipsum diligamus, idem procul dubio à nobis actiones quascunq; legitimas, & honestas

[d] Lib. de creat. hominis c. 8.
[e] Comment. in Matth. 22.
[f] Comment. in Matth. 22.
[g] Lib. 1. doct. christ. cap. 22.
[h] Serm. 20. in Cantica.
[i] 22. qu. 44. art 5.
[k] Comment. in Matth. 22.
[l] Comment. in Matth. 22.
[m] Gualther. in Marc. cap. 12. homil. 101. & in Luc. cap. 10. h. 102. Muscul. in Matth. 22. Aret. in Mat. 22. Danæus contra Bellar. tom. 5. lib. 2. c. 13. Iunius, &c.
[n] De doct. Chr. lib. 1. c. 22
[o] Sent. lib. 3. dist. 27. art. 6.
[p] De Monach. cap. 13.
[q] In Bellarm. cont. 5. l. 2. c. 13.
[r] In Bellarm. cont. 5. l. 2. c. 13.
[s] De Monach instit. cap. 12.
[t] Hooker. Eccles. polit. l. 2. parag. 8. p. 120. [illegible] 7879.

ſtas, etiam neceſſitate præcepti, poſtulat, & requirit. Quicquid boni poſſumus corde, animâ, mente, viribus, id omne à nobis requirit Deus, ac neceſſitate præcepti. Et tamen, cum fecerimus *omnia, quæ præcepta ſunt* nobis, nobis dicendum eſt, (idq; juſſu [u] Servatoris noſtri) *ſervi ſumus inutiles.*

[u] Luc. 17. 10.

24 At non ait Dominus; *ſervi inutiles eſtis*; ſed *dicite, ſervi inutiles ſumus*. Egregia quidem, & [x] *Bellarmino* digna obſervatio. Quaſi verò id à nobis dici juberet *Chriſtus* falſò, [y] diciſve cauſâ; ac non potiùs verè, & ex verâ moduli noſtri, atq; debiti conſcientiâ. Vult quidem *Chriſtus* nos verè, & ex animo humiles eſſe, & ab omni meritorum (quæ nulla ſunt, niſi ad mortem) præſumptione abſtinere, ut rectè *Junius*. Ea igitur mente Dominus: *Quum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus.*

[x] De Monach. cap. 13. parag. Reſpondeo, Petrum.

[y] Jun. animad. in Bellarm. cont. 5. l. 2. parag. 69.

25 Ne multis morer, ſumma eſt: Quicquid boni facimus, facimus ex debito, quia ex præcepto: Præceptum eſt, diligendum eſſe Deum, ex totis, corde, anima, mente, viribus: ſi quis detur, qui hoc præſtiterit, erit ille nihilominus *ſervus inutilis*. Ubi igitur meritum congrui, & condigni? Ubi opera ſupererogationis? Ubi *conſilia* papiſtica? Quod ſciam, dicam: [z] *nec apud homines, nec in mari*; ut ſtet immota, quarta mea Theſis: *Nulla ſunt conſilia*, quæ vocant, *Perfectionis*, ſive *Evangelica*. Nulla ſunt; ergo non ſunt præceptis Dei præſtãtiora; ergo nõ ſũt nobis à Chriſto aut demõſtrata, aut cõmẽdata; ergo nõ ſũt opera bona. Vis hujus conſecutionis eſt ab illa notiſſima regula: [a] *Non entis nullæ ſunt partes, aut qualitates.*

[z] Eraſm. adag. Nuſquam.

[a] Dan reſp. ad Bellar cont. 5. c. 7. parag. His autem, p. 952.

25 Hactenus [viri doctiſſimi] Theſes firmavi meas: & noſtram, hoc eſt, ſanam, & orthodoxam de *con-*

siliis Evangelicis sententiam aperui. Contrà sentientes Pontificii non sunt nulli, non pauci, non illiterati. *Judocus Clichtoveus* in Antiluthero lib.3.cap.10. *Conradus Klingius* locorum communiũ lib.3.cap.31. *Alphonsus de Castro* adversus hæreses lib.12.cap. de præcepto. *Petrus Canisius* in opere Catechistico: *Domin. Soto* de justitiâ,& jure lib.2.qu.9.art.3. *Gregor. de Valentiâ* comment. Theologic.tom.3.disp.10.qu.2.pũcto 1. *Abulensis* comment.in Mat.19.qu.143. *Salmerõ* comment.in epist.Pauli parte 1.disput.9. *Gabriel Vasquez* comment.in Aquinatis 12.qu.108.art.4.&, qui vel solus est [b] turris, omnem fortium armaturam cõtinens, [c] *Rob. Bellarminus*. Omnes,& singuli,id unum agunt,ut doctrina ipsorum de *consiliis perfectionis*, sive *Evangelicis*,unicâ *Monasticæ religionis* arce, solido videatur innixa [d] fundamento;& supra firmam petrã, ipsum *Christum*,extructa; necnon fortissimis sacrarũ literarum munitionibus, & illustrium virorum autoritate,exemplisq;,undiq; circunsepta. Verùm temerarii labore currunt irrito,& quę afferũt,nihil ad nos.

[b] Rainold. Apolthes. parag.43.pag. 406.
[c] De Monach. c.7.& seq.
[d] Iudoc. Clichtoveus in Antiluthero c.10.

26 *Consilia Evangelica*, nec stabili fundamento niti,nec supra petram extrui, nec ullis sacrarum literarum munitionibus, aut illustrium virorum autoritate,exemplisve circunsepiri, perquàm facile esset ostendere,nisi angustiis hujus horulę prohiberer.Multa illi habent diverticula, multas flexiones, perplexa vestigia.Infinitus essem,si persequerer. At duo tamẽ, si vobis placuerit,ego carptim quasi memorabo;Cõsiliorum *numerum*,& *naturam*.

[e] Tom.2.lib.de votis Monasticis.& tom.7. præfat. in cap. 5.Matthæi.
[f] Apud Chemnicium locor. Theolog. par. 2.pag.282.
[g] Bellarm.de Monach.c.8. parag. Quart. sent.

27 Numerum immanem satis ex ipsis *Pontificiis* collegerunt [e] *Lutherus*,[f] *Brunfelsius*,& *Chemnicius*. Enumerant non tantùm tria illa,quæ vocant, [g] præcipua,

puta,[h] principalia,& [i] substantialia consilia;*Continentiam,Obedientiam,*& *Paupertatẽ*: sed & alia permulta; *Non esse* [k] *vindicandum;non reddendum malum pro malo;non contendendum judicio;præbendam alteram maxillam;*[l] *cum tunicâ etiam pallium relinquẽdum;*[m] *duo milliaria pro uno eunda;*[n] *petenti abs te, dandum; mutuò petenti,mutuò et gratis dandum;*[o] *diligendos esse inimicos; benedicendum iis,qui nos devovent; benefaciendum iis, qui nos oderunt;precandum pro iis, qui nos infestant,* & ejusdemmodi compluria. Quibus sunt;qui annumerẽt & [p] *octo beatitudines*.Nec desunt,quibus cordi est, Consilia fingere,& fabricari,ex omnibus [q] novi Testamenti locis,in quibus legunt, aut vocabulum *Perfectionis*; aut particulas illas; *Si vis*; *Qui vult*; *Si vultis*.

[h] Canis.summa doctr.Christ. de consil.Evang.cap.2, p. 334.
[i] Chemnicius ubi sup.p.283.
[k] Matth.5.39.
[l] Vers.40.
[m] Vers.41.
[n] Vers.42.
[o] Vers.44.
[p] Vers.3.
[q] Chemnicius ubi suprà.

28 Tanta *Consiliorum* turba est,seu potiùs colluvies,ut minimè mirum sit, si apud eos præcepta Dei, numero denario,(*Exod.20.3*)immò binario(*Mat.22.40.*)inclusa,fastidita jaceant. Et hîc observandum benè monet *Chemnicius*,quam fœcũdus sit error: ex tribus *consiliis* facta sunt duodecim: illis alia sunt addita; factáq; est progressio ferè in infinitum. Eousq; processit *Romanensium* audacia. Cujus quidẽ piguisse puto *Dominicum Soto,Petrum Canisium*,& *Robertum Bellarminum*.Aliâs cur diceret [r] *Soto*; *Consilia Evangelica ad tria reduci genera,continentiæ,obedientiæ, & paupertatis*? Cur [s] *Canisius*;*Omnia enumerare nõ attinet: principalia tria sunt,de paupertate, castitate, & obedientiâ*? Cur [t] *Bellarminus*;*Multa esse verè,& propriè consilia Evangelica,sed præcipuè tria;continentiam,obedientiam, & paupertatem*? Quæ tria, quo sensu habeantur in *cõsiliis*, *cõsiliorũ* naturã inspicientibus erit clarissimum.

[r] De justitia, & jure lib.2.qu.9. art 3.
[s] In opere Catechist. loco de Consiliis.
[t] De Monach. lib.2.c.8.

29 Consiliorum naturam variè describunt,[u] Aquinas,& alii scholastici: *Consilia, sunt persuasiones majoris boni additi præceptis, ut meliùs, & expeditiùs finis æternæ beatitudinis attingatur.* [x] Klingius: *Consilia Evangelica sunt perfectionis instrumenta, quibus ad summam perfectionem pervenitur.* [y] Alphonsus de Castro: *Consilium est adhortatio quædam ad bonum, cujus obedientia laudabilis, transgressio verò inculpabilis.* [z] Canisius: *Consilia proponuntur, atq; consuluntur à Christo, ut parãdæ salutis ratio expeditior habeatur, ac facilior.* [a] Salmeron: *Consilia sunt opera, quæ sponte ab aliquo offeruntur Deo, supra communia præcepta.* Quid multis opus est? pro reliquis, pro omnibus, audiamus [b] Bellarminum: *Consilium, est opus bonum, à Christo nobis nõ imperatum, sed demonstratum; non mãdatum, sed commendatum.* Ita *viri Pontificii*, nè mysterium *Monasticum* aliquid capiat detrimenti, aliquam suis *consiliis Evangelicis* affinxerunt naturam: primò, ut sint: deinde, ut sint opera bona: tum ut à Christo sint nobis demonstrata, & commendata: ad extremum, ut sint præceptis Dei præstantiora. Quæ omnia thesibus meis è sacratissimo Dei verbo superiùs firmatis, labefactantur, cõvelluntur, evertũtur. Et, ut actum agam, vestra nõ feret patientia. Festinantiùs dicenda quæ supersunt: & tria illa, quæ vocant, *præcipua, principalia, & substantialia consilia*, quasi per transennã, strictim aspicienda.

30 Continentia (quo nomine virginitatem, cœlibatum, nuptiarum abjurationem, castitatem votivã intelligunt) non est consilium. Nõ consulitur *Esai. 56. 4. Sic ait Jehova de Eunuchis, qui observaverint sabbatha mea, & elegerint id quo delector, apprehenderintq; fœdus meum, daturus sum eis in domo mea, & intra muros meos*

u 12. Qu. 108. art. 4.

x Loc. com. l. 3 cap. 31.

y Adver. hæres. lib. 12. cap. de præcepto.

z Sũma doctr. Christ. de consil. Evang. c. 1. p. 332.

a Tom. 13. cõment. in epist. disp. 9. p. 36.

b De Monach. lib. 2. cap. 7.

1 2 3 4 5

meos spatium, & nomen melius, quàm filiorum, aut filiarum; nomen perpetuum, quod nõ excindetur. Eò loci *Eunuchus* non est à *voluntate* [c] cõtinens, sed à *naturâ*, sed à *necessitate*; non *virtutis*, sed *vitii*, sed *imperfectionis*. Loci sensus est: nec personæ, nec gentis ullius vitium, aut imperfectionem, infirmitatémve futuram impedimento, quò minùs benefaciat Deus ex promissione Evangelicâ, iis, qui resipiscentiâ, & fide in *Christum* se probaverint. Et quid hoc ad consilia Monastica?

[c] Iunius animad. ad Bellarm. contr. 5. lib. 2. cap. 9.

31 Nec consulitur continentia *Mat. 19. 12.* Discipuli Christi, ubi intellexerant non ampliùs liberum esse repudium, duram putantes esse servitutem, domi ferre morosam, rixosam, temulentam, aut simili vitio molestam mulierem, loquuti ut carnales, non ut spirituales, dicebant, [d] *non expedit uxorem ducere.* Eorum stultitiam ut refelleret, dixit eis Christus: [e] *Non omnes sunt capaces hujus sermonis, sed ii, quibus datum est.* Deinde instituit *Eunuchorũ* [f] distributionem; ut *Eunuchi* dicantur, vel *de matris utero sic nati*, vel *facti ab hominibus*, vel qui *seipsos propter regnum cœlorum castrârunt*: adjecit tandem, [g] *qui potest capere, capiat.* Loci sensus est: Is, cui datum est, ut non expediat uxorem ducere, vocatione Dei ἐνεργείᾳ propter regnum cœlorum, is ne ducito: cui verò id nõ est datum; qui donum, vocationémq; ἀγαμίας à Deo non habet, is ordinem naturæ sequitor, cõjugium ne fugito, propter humana [h] *frivicula* ne abstineto. *Vocationi communi* ex naturæ ordine, *vocatio particularis* ex Dei dono opponitur; & quid hoc ad consilia Monastica?

[d] Mat. 19. 10.
[e] Vers. 11.
[f] Vers. 12.
[g] Vers. 12.
[h] Iun. cont. 5. li. 2. c. 9. ait. 21.

32 Nec deniq; consulitur continentia à *B. Paulo 1. Cor. 7.* Ubi inter multa in hanc causam allata, illud habet *versu 25.* uti legit vulgatus Interpres: *De Virginibus*

nibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Inepta versio credulos fallit. In Græco fonte legim[e], non βυλὴν, *consilium*; sed γνώμην, *sententiam*. Aliud est γνώμη, aliud βυλὴ γνώμη, mentis est; βυλὴ, voluntatis. Quã γνώμης, & βυλῆς, distinctionem accuratè persequitur *doctissimus* Junius [i] *animadversionibus in Bellarmini cõtroversiam 5. lib. 2 cap. 9. art. 76.* Γνώμην δίδωμι] Non satis commodè vetus ille interpres, *Cõsilium do.* Rectiùs alii: [k] *sententiam* meam *dico*; [l] *sententiam* meam *communico*, eámq; Dei verbo consentaneã. Qui hîc *Consilii* nomen retinere malunt, illi, si adverterint esse *cõsilium* istud, ad præsentem necessitatem (*ob metum persecutionum*) adaptatum: facilè dabunt [m] *Osiandro*, hũc quidem locum, nihil ad Rhombum. Reliqua objecta, perquàm inepta, insulsa, ac putida, diluere nec vacat, nec necesse est.

[i] Pag. 297.

[k] Beza.
[l] Piscator.

[m] Enchirid. contra Pontif. cap. 12. qu. 3. parag. 4. p. 146

33 De re ipsa hæc mea est sententia. Duo sunt hominum genera: [n] alii quidem *uruntur, & non cõtinent*; alii verò *donum habent continentiæ*. Qui *uruntur, & non continent*, illi mandatum habent de matrimonio contrahendo, neq; liberum est eis, cœlibes esse. *Qui* autem *donum habent continentiæ*, seque in ea vocatione inveniunt, quam probè intelligũt, se absq; *matrimonio* meliùs obituros, vidéntq; *cælibatũ* maximo sibi fore præsidio ad gloriam Dei promovendam, *eum* vitæ *statum* recusando peccarent. Non est igitur *Continentia consilium.*

[n] Pet. Martyr. in 1. Cor. 7. 1. & 26.

34 Nec verò *obedientia*, [o] *Obedientiam* dico *Monasticam* sub fundatoris regula: *obedientiam*, nõ *Christo*, sed hominibus, *Benedicto*, *Bernardo*, *Francisco*, *Dominico*, *Abbatibus*, *Prioribus*, præstitam. Eam [p] *Bellarminus* nominat *religiosam*, & consuli vult ultimâ con-

[o] Osiander, ubi suprà. parag. 5.
[p] De Monach. cap. 9. parag. sextum testim.

textûs

textûs mei clausulâ, his Christi verbis: *Sequere me.* O duri virum oris, audacémq;, qui non erubueris verba Domini, simpliciter, & apertè dicta [*Sequere me,*] ad *obedientiam Cœnobiticam* asserendam impiè flectere, ac detorquere. *Sequere me:*] externo scilicet comitatu, quemadmodum & Apostoli mei me sunt sequuti. Quâ quidem [q] *Brentii, Musculi,* & *Piscatoris* expositione, intelligenda venit hoc in loco, vocatio non *generalis* omnium Christianorum; sed *personalis*, unius hujus adolescentis. Et valet regula: *Personalis* vocatio non est in *generale* exemplum trahenda. Nihil certè facit ad *obedientiam Papisticam.*

[q] Comment. in Matth. 19.

35 At vocatio ista fuerit *generalis*; sic fortasse *obedientiam* suam hinc astruent Pontificii. Ne sic quidem. *Sequere me.*] Eo dicto Christi *generaliter* intellecto, *obedientiam* significari agnoscimus: non eam [r] ἐθελοθρησκούντων, quę *religiosa* dicitur ęquivocè; sed verè atq; simpliciter *religiosam*; Christianis omnibus imperatam. *Obedientia*, ab omnibus Christianis necessariò præstanda Deo, hîc *præcipitur. Præcipitur*, non *consulitur.* Non est igitur *Obedientia consilium.*

[r] Iun. animad. cont. 5. lib. 2. c. 9. parag. 64. & 67.

36 Nec deniq; *paupertas.* Paupertatem, quam [s] *voluntariam* appellant, etiam contextu meo stabilitam volunt. Sic viros *Pontificios* vesana armavit rabies, ut quidvis adversus sapientissimum omnipotentis Dei Filium attentare non dubitent, modò apud simplex, & illiteratum vulgus, cæcis suis superstitionibus honestum Scripturæ nomen possint prætẽdere. *Vende, quæ habes, & da pauperibus.*] Certissimum hoc esse *consilium* abdicationis facultatum clamant [t] *Pontificii.* Nos contrà, *præceptum* esse affirmamus.

[s] Bellarm. de Monach. c. 20. parag. igitur.

[t] Bellarm. de Monach. c. 9. parag. Quintum. & cap. 20 parag. Secundum.

Phrasis Christi id evincit: *vende*, & *da*: cui non absimilis est, quæ habetur [u] *Lucæ 12.33 Vendite, quæ habetis, & date eleemosynam. Vende omnia, & da.*]Præcipit quidem huic adolescenti Christus, ut *vendat omnia*; non tamen ut *omnia det*, nec [x] sibi quicquam servet. Falsò res divisas conjungunt Pontificii. *Da*, ambiguè dicitur. Nam, aut intelligitur, *da omnia*; aut *de omnibus*. Non dicit Christus, *da omnia*; sed omnibus divenditis, *de eis* jubet in pauperes liberaliter erogari.

[u] Dan. resp. cont. 5. lib. 2. c. 9. p. 958.

[x] Jun. animad cont. 5. l. 2. c. 9. parag 33. p. 284.

37 *Vende, quæ habes, & da.*] Extra necessitatem non est præceptum. Præcepta enim affirmantia non obligant ad semper, ἀπλῶς, & sine exceptione. Si tamẽ necessitas id exigat, si fratrum inopia postulet, vendenda sunt omnia, quò illis succurramus: & eousq; scopus caritatis, à lege Dei nobis præscriptæ, nos deducit. Hoc ipsum fatetur Apostolus, *1. Cor. 13. 3. Si insumam alendis egenis omnia, quæ mihi suppetunt, caritatem autem non habeam, hoc nihil mihi prodest.* Unde patet mentem *Christi* hoc in loco aliam nõ fuisse, quàm ut adolescenti huic ostenderet, quæ, quantáq; caritas lege Dei præscribatur. Omnia persequi non licet. Paucula ista, quæ ex sanioribus, melioríq; notæ, interpretibus, jam adduxi, faciunt, quod satis est, ad hũc locum ab erroris Papistici rabie vindicandum. Planum ista faciũt, *Consilii Monastici* de *paupertate*, Christum autorem non fuisse.

38 Autoritates Patrum, tùm Græcorum, tùm Latinorum à *Bellarmino lib. de Monachis cap. 11.* in hujus causæ subsidium citatas, non explicabo, non enumerabo. Dico tantùm cum [y] *Lamberto Danæo*, *Patres illos sui seculi fascino, et vulgari errore deceptos sic sensisse, superstitioníq; Monasticæ novitate abreptos sic scripsisse*

[y] Resp. ad cõt. 5. lib. 2. cap. 9. p. 957. & ad cap. 11. p. 967.

sisse: neq; Christi, neq; Apostolorum ejus, neq; Irenæi, neq; Clemẽtis, neq; Justini Martyris vestigiis institisse. [z] Impia est illa in decretum glossa: *Scripta Patrum esse authentica, & tenenda omnia usq; ad ultimũ iota.* Eam quidem refutârunt ipsi *Pontificii:* [a] *Canus,* [b] *Villavincentius,* [c] *Sixtus Senensis,* & [d] *Cæsar Baronius*; affirmantes; *Sanctos Patres humano spiritu locutos esse; subinde verbo scriptóq; offendere; à scopo aberrare; nævos suos, & errores habere.*

[z] C. Noli meis distinct. 9. Rainold. Idol. l. 4. c. 9.
[a] De loc. Theolog. lib. 7. c. 3.
[b] De ratione stud. Theo. l. 4. c. 6. observa. 3.
[c] Biblioth. sanct. l. 5. & 6.
[d] Annal. Eccl. tom. 2. an. Dom. 109. n. 94.

39 Non eò hæc dico, ac si putarem [e] semel, & in universum abjiciendos esse *Patres* omnes, & nullo censendos loco in rebus fidei; ut nõ magis ad eorum nomina moveamur, quàm si *Aristotelem* nomines, aut *Platonem:* (*scio dedisse Christum* [f] *non tantùm Prophetas, Apostolos, & Evangelistas; sed etiam pastores, & doctores ad ædificationem corporis sui:*) sed eò hæc dico, ut nè *Patribus* plus tribuamus, quã *ipsi* sibi tribui posse putaverunt. Priscis sanctæ Ecclesiæ *Patribus*, in quib° limatam ingenii aciem, elegantem in dicendo venustatem, nervosam in differendo ἐνέργειαν meritissimò agnoscimus, tribuendum id censemus; nempe quidẽ [g] *in certis, ut sequamur; in ambiguis, ut conferamus; in obscuris, ut suspicemur; in falsis, ut negemus.* Rectè cecinit Tuba Academica; [h] *Multum valet antiquitas, plus æternitas: sanctus Damasus, sanctior Dominus.* Domin° in Evangelio nulla dedit *consilia:* Non sunt igitur audiendi *Patres*, si ea asserunt.

[e] Chamier. de œcum. Pontif. præfat. p. 7.
[f] Ephes. 4. 11.
[g] Tuba Acad. ep. dedic. a. 3. b
[h] Ibid. f. 5. a.

40 Selegi è multis pauca. Si omnia consectarer, volumen facerem. Hic igitur vela contraho. Quatuor vobis (*florentissimi Academici*) theses proposui: *Consilia*, quæ vocant, *perfectionis*, sive *Evangelica, non esse præceptis Dei præstantiora; non esse nobis à Christo, aut*

demonstrata, aut commendata; non esse opera bona; omnino nulla esse. Eas ego, ut potui, verbo veritatis stabilivi. Inde patet, fumum esse universam scholæ *Pontificiæ* de *Consiliis* doctrinam, utcunq; sententiis quorundã *Patrum* roboratam. Verbum Dei manet in æternum: nec fieri potest, ut vel acutissima humani figmẽta cerebri contrà prævaleant.

Æterne Deus, qui nos pro immensâ tuâ misericordiâ, per acceptissimum filii tui Evangelium è tenebris in admirabilem vocasti lucem, gratiam fac nobis, ut posthabitis quibuscunq; humani cerebri commentis, in glorioſum illud mysterium, Christum tuum, tuum filiũ unicè intenti, eum solum audiamus, eum sequamur, mandata ejus observemus; itáq; in eis indesinenter ambulantes, omnes in unitatem fidei, & agnitionis ejusdem filii tui, in virum perfectum evadamus: donec tandem omnibus carnis nostræ sordibus spoliati, fruamur beatâ illâ, & immortali gloriâ, quam nobis in cœlo præparasti per eundem unigenitum filium tuũ, Dominum nostrum, Jesum Christum. Amen.

DE

DE FIDE SALVIFICA.

Cap. 3.

Epist. ad Rom. c. 3.

27. *Ubi igitur gloriatio? exclusa est. Per quam legem? operum? nõn: sed per legem fidei.*
28. *Colligimus igitur fide justificari hominem absq; operibus Legis.*

QVi volunt justitiæ nomine perfectis solùm hominibus deberi cœlum, nec aliâ viâ ad beatas illas sedes perveniri, nisi quæ purissimis bonorũ vestigiis sit trita, perfectáq; operum integritate constrata; faciunt illi pro viribus pervium illud, paténsq; per *fidem* iter, penitùs intercluſum. Istiusmodi humanæ justitiæ præcones, ac vindices, in diviniſſimâ istâ *B. Pauli* disputatione graviſſimè arguuntur. Cũ enim [a] sanctiſſima studia, ac molimina, quocunq; modo à perfectiſſimis etiam hominibus susceptа, in vitiatâ, & corruptâ hâc naturâ, adeò nullam præbeant utilitatẽ ad æternam vitam, ut pro inutilibus à Christo rejiciantur, immò ut sordeãt etiam, planéq; frigeant apud

[a] Foxius de Christo grat. justif. p. 15.

[b] Esai.64.6. Deum [b] *panniculi* instar *abjectissimi*, alia hoc in capite aperitur via nobis ineũda, qui cœleste regnum affectamus. Universum genus humanũ reum peccati peragit scriptura, [c] *ut omne os obthuretur, fiatq; totus mundus Dei cõdemnationi obnoxius.* Hinc Apostolus eversâ Judæorum prærogativâ gentes eis exæquat, de utrisq; asserens, tùm Judæis, tùm Gentibus, [d] *omnes esse sub peccato.* Quo quidem Propheticis testimoniis cõfirmato, id colligit; *Neminem* (Judæum, aut Gentilẽ) [e] *operibus legis coram Deo justum censeri.* [f] Duas hinc infert conclusiones. Unam; *Neminem posse gloriari coram Deo ob justitiam operum:* alteram; *Justitiam esse ex fide sine operibus.* Prior illa certis dicendi luminib⁹ ornata est, versu 27. *Ubi igitur gloriatio? excluſa est. Per quam legem? Operum? Non, sed per legem fidei.* Posterior absq; omni ambage expressè ponitur *vers. 28. Colligimus igitur, fide justificari hominem absq; operibus legis.* Utriusq; verba pro meo more, moduloq; ponderabo.

[c] Rom.3.19.
[d] Ibid.vers.9.
[e] Vers.20.
[f] Hemingius.

2 *Ubi igitur gloriatio?*] Ipsum orationis *Paulinæ* [g] schema, cùm animi vehementiã, tùm sententiæ certitudinem artificiosè exprimit. Duabus interrogationibus totidem aptantur responsiones: quibus tamen hoc unum agitur; [h] causam nullam esse, cur quispiã, *Judæus*, aut *Græcus*, cum sit *Dei gloriâ* [i] *destitutus*, de seipso glorietur. Gloriationem hominis agnosco duplicem: aliam de Deo; de homine ipso aliam. Quæ de Deo est, ea præcipitur *Jerem.9.24.* ubi sic ait Jehova: *Qui gloriatur, in hoc glorietur se intelligere, & cognoscere me, mẽ esse Jehovam, exercentem benignitatem, jus, & justitiam in terrâ, quia istis delector, dictum Jehovæ.* Ad cujus quidem dicti memoriã, *B. Paulus Corinthios* suos

[g] Hyperius.
[h] Grynæus.
[i] Rom.3.23.

non

non ſemel revocat, eos benè monens, ut *ſi quando velint*[k] *gloriari, in Domino glorientur*. Gloriatio illa altera planè interdicitur, *Jerem. 9. 23. Nè gloriator ſapiens in ſapientiâ ſuâ, neq; potens in potentiâ ſuâ, neq; dives in divitiis ſuis*. Et *1. Cor. 1. 29. Nè glorietur ulla caro coram Deo*. Rectè *coram Deo*. Etenim [l] *coram mundo* multi ad momentum falſâ gloriâ ſe oblectârunt, ſed quæ protinùs inſtar fumi evanuit. Fumus eſt quævis humana de operibus gloriatio. Hæc ea eſt, de quâ, [m] *Judæorum* inprimis conſcientiam appellans, quærit *Paulus*: *Ubi gloriatio?* unóq; dat reſponſum verbo.

[k] 1 Cor. 1. 31. 2. Cor. 10. 7.

[l] Calvin.

[m] Gryneus.

3 Ἐξεκλείσθη. *Excluſa eſt.*] *S. Auguſtinus lib. de ſpiritu & literâ, cap. 10.* duplicem huic loco accommodat expoſitionem, pro duplici gloriatione; laudabili, & vitioſâ. Gloriationem illam laudabilem quæ in Domino eſt, per juſtitiam Chriſti vult eſſe excluſam: *excluſam*,] non *pulſam*, ut abſcederet: ſed *expreſſam*, ut emineret: *excluſam*,] expreſſam, declaratam, oſtenſam, manifeſtatam. Quo ſenſu argentarii artifices dicuntur *Excluſores*: quâ etiam ſignificatione accipitur illud in pſalmo 67. ſecundum vulgatam editionem, [n] *ut excludant eos, qui probati ſunt argento*, id eſt, ut illi emineant, qui eloquio divino probati ſunt. Secundum hanc expoſitionem, ea verba, *gloriatio excluſa eſt*, nihil ſignificabunt aliud, quàm manifeſtum eſſe in quo debes gloriari. Hujus expoſitionis aſſertores reperio *ordinariæ autorem gloſſæ, Pet. Lombardum*, & *Hugonem Cardinalem*. Ejuſdem meminerunt *Aquinas*, & *Salmeron*: verùm cum juſta reprehenſione. *Aquinas*; non eſſe literalem: *Salmeron*; non ad rem. Hîc igitur accipio gloriationem *vitioſam*, [o] fiduciam meriti, & operum: cui in foro gratiæ, & miſericordiæ, nullum

[n] Verſ. 33.

[o] Hemingius.

eſſe

esse justificatis locum, planè evincit responsum Apostoli: ἐξεκλείσθη, *excluſa est. Excluſa,*] p sublata, q adepta, r penitùs explosa est. s Non relinquitur tibi, ô homo, vel in minima aliqua re gloriandi locus: *omnis tua gloriatio excluſa est.*

p Aquinas.
q Erasmus.
r Hunnius.
s Musculus.

4 At quomodo? Declarat Paulus secundâ suâ interrogatione, eáq; ingeminatâ: *Per quam legem? operum?* Cui subjicit responsum itidem ingeminatum; *Non: ſed per legem fidei.* Responsum ipsum duo complectitur: t *inficiationem*, & *asseverationem.* Inficiatio est, οὐχὶ, *non.* Asseveratio; ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως, *ſed per legem fidei.* Summa utriusq; tùm *inficiationis*, tùm *asseverationis* hæc est: Id, quod secundum quid à me dictum est, nempe, causam nullam esse, cur in Dei conspectu ulla caro glorietur, nolite simpliciter accipere ac ad tollendum discrimen rectè, & secùs factorum, malè detorquere. Affirmo ego *gloriationem omnem excluſam esse* per legem, non quamvis legem, *ſed per legem fidei.*

t Grynæus.

5 *Per quam legem? operum? non; ſed per legem fidei.*] u Elegans est, & perquàm venusta *legis operum*, & *legis fidei* antithesis. Per *legem operum* x pleriq; intelligunt legem illam veterem Mosaicam; per *legem* autem *fidei*, legem novam, Evangelicam. *Legem operum* y *Salmeroni*, est lex quælibet, vel externè scripta, vel internè naturali lumine revelata, vim habens docendi, dirigendi, imperandi, prohibendi quævis opera ad mores, ad ceremonias, ad judicia, spectantia; nullâ tamen pollens potestate remittēdi peccata, neq; hominem renovandi, & efficiendi ea, quæ per se Deo placent, ut ideò verè dicatur, *Litera occidens. Lex* autē *fidei*, cidē est, lumen cœlitùs à Deo infusum, quod docet,

u Hyperius. Hemingius.
x Aquinas. Lombard. Cajetanus. Erasmus. Grynæus. &c.
y Lib. 2. in ep. ad Rom. disp. 28.

docet,unde petere debeamus opem, quâ peccatis liberati,& Deo reconciliati,possimus eum supra omnia diligere,& omnia officia, quæ à nobis lege exigũtur,erga eum præstare,ita,ut in oculis ejus sint grata, & accepta; eáq; ratione dicitur *lex Spiritus vitæ, lex scripta in cordibus nostris*. *Bucero*, *lex operum*, est vis operum; & *lex fidei*,fidei vis. *Hemingio*,*lex operum* nihil aliud est,quàm opera; neq; *lex fidei*,aliud quàm fides. [z] *Illyrico*,*lex operum*,est doctrina de operibus;& *lex fidei*,Evangelium. [z] In clavi;voce Lex.

6 In tanta sententiarum varietate, idem statuo, quod *Tossanus*;*legem operum* hîc accipi pro doctrina, quæ nihil aliud proponit, quàm opera; & *legem fidei* pro doctrinâ de fide: ut in istâ legis fidei,& legis operum antithesi,phrasi *Paulinâ* opponatur,ipsa fides,sive doctrina de fide,totáq; ejus ratio, doctrinæ legis, ejusdémq; observationi. Legis nomen impropriè tributum esse fidei,rectè observârunt *Calvinus*,& *Hyperius*. Neq; enim fides legem significat, aut legem includit,aut conditione legis impletæ moratur. Dicendum igitur *legem fidei* dixisse Paulum propter decorum antitheseos. Cujus quidem benè memor *Augustinus*,*lib. de Spiritu & lit. cap. 13.* ad hunc locum apositissimè illud habet, *Quod operum lex minando imperat*,*hoc fidei lex credendo impetrat*: & illud; *Lege operum dicit Deus*,*Fac*,*quod jubeo*;*lege fidei dicitur Deo*,*Da quod jubes*. Quid multis? Hujus loci hæc vera est sententia,*lex* non *operum*,sed *fidei*;doctrina,& gratia novi Testamenti,elatum illud humanæ gloriationis excludit supercilium;ut meritò ac necessariò sequatur quod colligit Apostolus,*ver. 28. fide justificari hominẽ absq; operibus legis*.

7 *Colligimus igitur fide justificari hominem absq; operibus legis*] [a] Sententia definitiva est, quâ concluſivè infert, & ex Spiritu ſancto definit, ac determinat, quid de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo ſummatim ſentiendum ſit. Λογιζόμεθα.] Malè id vertit vulgatæ autor editionis, *arbitramur*: non enim dubia hæc eſt ſententia, nec [b] opinione nititur, ſed ratione apodictică. Λογιζόμεθα.] Probam ejus verbi *Toletus*, *Salmeron*, & *Pererius* adferunt expoſitionem: Syllogizamus; concludimus; ex antè dictis, & diſputatis; ex diſputatione ſuperiori: ex argumentis ſuprà poſitis, inferimus, & certum ſtabilimus, *hominem juſtificari fide abſq; operibus legis.*

[a] Hunnius.

[b] Grynæus.

8 *Hominem*] Solum [c] hominem, eúmq; electum. *Juſtificari.*] [d] Abſolvi à peccato, [e] imputando juſtum fieri, [f] à Deo juſtum pronuntiari, [g] Chriſti juſtitiâ donari, in gratiam [h] à Deo recipi. *Fide*:] ſive, [i] ex fide, ſive, [k] per fidem, & quidem, non niſi [l] per fidem, eámq; ſolam: ſed vivam, ſed veram, ſed ſalvificam. Qua *ſola fide* vel ex hoc loco certum eſt, hominem juſtificari: quia additur; *abſq; operibus legis.*] Legis, non tantùm ceremonialis, aut judicialis, quod volunt *Pontificii*: ſed & moralis. Cujus quidem opera vel abſolutiſſima, è [m] cenſu cauſarum juſtificationis ſubmoventur, vel hoc dicto Apoſtoli: *Colligimus igitur fide juſtificari hominem abſq; operibus legis.*

[c] Theſ. Naſſo. par. 1. loc. 12. parag. 28. p. 236.
[d] Grynæus Hemingius.
[e] Grynæus.
[f] Theſ. Naſſov. par. 1. loc. 15. parag. 8. & 11.
[g] Hemingius.
[h] Grynæus.
[i] Rom. 3. 30.
Theſ. Naſſ. v. ubi ſuprà, parag. 13. Polan. theſ. 1. de fide, p. 30.
[k] Rom. 3. 30.
[l] Galat. 2. 16.
[m] Grynæus.

9 Hunc ego contextum Apoſtolicum [viri Patres, & fratres,] eâ, quâ potui, brevitate, perluſtravi; eo ut uterer initio, & quaſi fundamento futuræ meæ, de *fide ſalvifica*, diſquiſitionis. In qua ſi *Bellarmini* veſtigia perſequerer, me dies, vox, latera deficerent. Quinque libros voluminoſos, diſputator ille, non tam ſubtilis,

tilis, quàm verboſus, hac de re, mariáq; & montes pollicitus, in vulgus dedit. Viſus ſibi eſt hunc totum de *juſtificatione* locum diligentiſſimè pertractaſſe; & tã in ſtatuenda, & confirmanda veritate, quàm in evertendis, & refutandis erroribus contrariis, operam, laborem, vigilantiam, impenſiſſimè collocaſſe. Eum ut pedepreſſim, & per omnia ſequar, nõ dabit unius horulæ ſpacium. At eorum tamen, quæ libro primo, de diſpoſitione juſtificationem præcedente, totis viginti quinq; capitibus, copioſiſſimè diſputavit, ut quæ dã à me breviter, ſtrictimq; attingãtur, veſtra, uti ſpero, feret patientia. Duas eo libro proponit quæſtiones primarias: primam, [n] *Quænam ſit fides juſtificans*; ſecundam, [o] *An fides ſola juſtificet*. Quibus quidem totidem ego theſibus reſpondebo.

10 Theſis prima: *Fides juſtificans, ſive ſalvifica, eſt* [p] *fiducia in electis, à Spiritu ſancto excitata, firmitèr applicans promiſſionem gratiæ divinæ. Fidei* vocabulũ [q] ὁμώνυμον eſt, & [r] πολύσημον. [ſ] Sedecim ejus comperio ſignificata. Hîc autem perſpicuitatis, ac diſtinctionis gratiâ, [t] ipſum τὸ ὁριζόμενον declaro adjectione nominis, *Juſtificans*, ſeu *Salvifica*, ut ſignificem me non *de quavis fide* loqui, cujus in ſacris literis fit mentio, ſed *de fide Juſtificante, & Salvificâ*. Nullus erit hîc ſermo meus de fide [u] hypocriticâ, de fide [x] ſimulatâ, de fide [y] tẽporaria, de fide [z] mortua, de fide [a] καταχρηστικῶς, & μεταφορικῶς ſic dictâ, de fide [b] hiſtoricâ, de fide [c] miraculorum, de fide ulla, præterquam de ea, quæ & vera eſt, & ἀνυπόκριτος, & ſyncera, & viva, & juſtificans, & ſalvifica. Cujus veram tradere definitionem eo videtur difficilius, quòd quum plures de *fide* ſcripſerint, [d] unuſquiſq; ferè ſuam definitionem maluit, quàm alienam

n Cap. 4.
o Cap. 12.
p Kecker. Syſt. Theol. l. 3. c. 7. pag. 417.
q Polan. Theſ. 1. p. 205. & par. 2. p. 620. & 647
r Piſcat. Theſ. 1. loc. 12. parag. 5. p. 232.
ſ Polan Theſ. 1. p. 205.
t Piſcator. ubi ſuprà. p. 231.
u Zanch. de perſeverant. Sanctorum. cap. 1.
x Ibid.
y Ibid. & Piſcator ubi ſuprà loc. 12. parag. 5.
z Zanch. ubi ſuprà.
a Ibid.
b Piſcator ubi ſuprà.
c Ibid.
d Dan. Hſag. Chriſt. par. 4. l. 4. c. 8.

lienam sequi. *Fidem* definiverunt Patres, Scholastici, Theologi recentiores.

11 *Patres* eâ ferè definitione fidei usi sunt, quæ legitur *Heb. 11. 1.* nisi quòd planioris & commodioris explicationis causâ, quæ in illa obscuriùs dici, scribíq; videbantur, ea solebant periphrasi quadam circũscribere. Posteà fide à *philosophis* in disceptationem vocatâ, habitáq; pro stultâ credulitate, coacti sunt *Patres*, ad captum philosophorum sese accommodantes, aliter eam definire: *eam quidem, esse insitam credentium animis citra ambiguitatem ullam, assensionem, seu dispositionem, supranaturali modo, & ratione, à Deo infusam.* Ita Græci Patres. Ita tamen vim fidei justificantis nõ satis explicârunt. Plenius *Latini*, atq; inter eos in primis [c] *Augustinus*, cui *Fides est, credere in eum qui justificat impium; credere in Mediatorem, sine quo nullus reconciliatur Deo; credere in Salvatorem, qui venit quærere, et salvare quod perierat; credere in eum, qui dixit, Sine me nihil potestis facere.*

[c] Lib. de verâ innocentiâ. qu. 32.

12 Neglecta jacuit Patrum doctrina. Non exceperunt eam anni consequẽtes. Súsq; déq; omnia habuerunt *Scholastici. Fidem* illi definiêrunt: sed *universalem*; sed *generalem*: *salvificam* nè noverunt quidem. Unde factum, ut operum suorum justitiam, unicã habuerint vitæ redintegrandæ, ac resarciendæ salutis medicinam. Impensius dolẽdum est, tot hodiè in istã erroris cæcitatem cum illis transversos abripi. Universam *Scholæ Pontificiæ* turbam irretivit hic error, etiam ipsum [f] *Bellarminum*, qui *fidem justificantem* aliã nõ agnoscit, quàm *quæ sit assensus firmus, ac certus, ad ea omnia quæ Deus credenda proponit.* Hác suâ definitione nihil aliud vult *Bellarminus*, quàm quod *Scholastici* suâ;

[f] De justificat. lib. 5. palàm reprobatur.

sui;[g] *Fidem justificantem eam esse, quâ quis in genere assentitur veritati verbi Dei, idq; propter autoritatem dicentis.* Generalis hæc fidei notio, aliis fidei acceptionibus cõmunis, si fides justificans sit appellanda,[h] erit certè fides justificans, in hypocritis, in impiis, in[i] diabolis. Quod quidem asserere, *Scholasticorũ* sit, sit *Pontificiorum*; meum non erit.

g Rolloc. de Vocat. c. 31. p. 264.

h Rolloc. ibid. & Schafer. disp. 4. de justificat. fid. c. 2. thes. 16. &c.

i Marc. 1. 24. Iacob. 2. 19.

13 Theologi recentiores, qui in orthodoxis, & reformatis ecclesiis, per universum orbem Christianũ disseminatis, efflоruerunt, & ipsi quoq; fidem definiunt. In quâ quidem definiendâ, etsi verbis sint dissimiles, ac diversi; re tamen ipsâ, & in summâ, atq; substantiâ doctrinę, planè inter se cõsentiunt. Eò spectant, id agunt singuli, ut doceant, Fidem esse,[k] nõ tantùm *notitiam certam* in corda electorũ à Spiritu sancto infusam, quâ firmitèr assentiũtur omnibus in verbo Dei revelatis: sed etiam *firmam fiduciam*, quâ unusquisq; electorum in misericordiæ promissionibus de Christo acquiescit, certò statuens, sibi Christũ cum toto suo merito, ad justitiam, & vitam æternam, datum esse.

k Polã. thes. 2. 3. pag. 621. de fide justif.

14 Fidem *notitiam* esse statuimus,[l] quia *assensus* est; [assensus autem esse non potest sine notitiâ:] deinde, quia credere, & cognoscere, sive scire, in sacris literis, quoties sermo est de rebus fidei subjectis, sumuntur pro eodẽ. Cognoscere est credere, *Joan. 17. 3. Hæc est vita æterna, ἵνα γινώσκωσι, ut cognoscant te esse illum solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Scire est credere, *2. Cor. 5. 1. οἴδαμεν. Scimus, si terrestris hujus domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, nos ædificium ex Deo habituros:* & *1. Joan. 3. 2. οἴδαμεν, Scimus fore, ut quùm ipse patefactus fuerit, similes ei simus:* & *Jabi 19. 25.* [יָדַעְתִּי] *Equidem ego scio Redemptorem meum*

l Polan. thes. 1. 22. pag. 208. de fide.

meum vivere. Deniq;, quia idem effectus eodem modo attribuitur fidei, & notitiæ: Paulus dicit contextu meo, [שמע,] *Fide justificari hominẽ*; & Deus dicit *Esa. 53.11.* [בדעתו] *Cognitione sui justificabit justus servus meus multos.* Rectè igitur fidem vocamus notitiam.

15 Atq; hinc corruit [m] *Scholasticorum* figmentũ de *fide implicitâ*, quâ pro [n] veris & ad salutem creditu necessariis habent, quęcunq; Romana Ecclesia tradit, etsi quænam illa sint, nesciant. Ita enim *Andradius* [o] *orthodoxar. explicationum lib. 2. Fides implicita, cõstans est, ac firma persuasio, quòd omnia sacris literis contenta, & ab Ecclesiâ credita, vera sint, quantumvis mihi ignota.* Quâ capti sententiâ *Cardinalis Hosius lib. 3. cõt. prolegom. Brentii*, & *Albertus Pighius*, [q] *Hierarch. Eccles. lib. 1. cap. 5.* eximiâ *carbonarium* ornârunt laude, ut [r] tutissimâ viâ salutis incedentem, qui, quùm à Theologo rogatus quid crederet, dixisset, *Symbolo Fidei expressos articulos*; percontanti, *Quid ampliùs?* ostendit circulo responsionis, *quod Ecclesia credit: Quid credit Ecclesia? quod ego*; se nihil præterea habere definiti, hac expliciti de fide. Huc illud [s] *Magistri, l. 3. dist. 25. par. 2. esse aliquos qui credunt, quæ ignorãt, habentes fidem velatam in mysterio.* Illustrat quæ dicit ex *Jobi primo, 14. Boves arabant, et asinæ pascebantur juxta eos: Boves* sunt superiores, & majores; *Asinæ*, simplices, & minores. *Asinæ* credunt in mysterio, quæ *Boves* docent in mysterio. Videtur fortassis ista *Boum*, & *Asinarũ* allusio *Bellarmino* satis elegans, qui & ipse est à *fide implicitâ*. Affirmat ille *libri 1. de justifica. cap. 7.* [t] *fidem melius per Ignorantiam, quàm per Notitiam definiri.* Et *fidẽ non esse Notitiam*, aliquot ibidem [u] contra *Calvinum* docet argumentis, quibus quùm ab *Amando Polano*, *Sylloges The-*

[m] Polan. thes. 3. parag. 7. de fide justif. p. 623.
[n] Piscat. thes. loc. 12. de fide sal. parag. 17. p. 234.
[o] Pag. 146.
[p] Pag. 516.
[q] Pag. 38. d.
[r] Rainol. apol. thes. parag. 5. p. 217.
[s] P. Lombard.
[t] Parag. Iudicium.
[u] Parag. Probatur.

Theſium parte 1ª, loco de fide, parag. 23. ſit abundè ſatisfactum, nihil ego ultrà reſpondebo.

16 Ex prædictis liquet, fidem eſſe non *aſſenſum tantùm*, ſed & *notitiam*. Non hîc hærendum. Præter hæc duo, notitiã, & aſſenſum, tribuit Scriptura [x] fidei, quòd [y] *Chriſtum Salvatorem quærat*, [z] *eum avidè appetat, anxiè deſideret, ad ipſum anhelet*, [a] *ad eum veniat, eundem* [b] *cum juſtitiâ ſuâ apprehendat, certò* [c] *completatur*, ac [d] *merita ipſius ſibi applicet*, quæ quidem quũ aliundè non ſint, quàm à *fiduciâ*, certo certius eſt *fidem* eſſe *fiduciam*. Hanc fidei appellationem ſtabilit ſacra pagina; *Mat. 9. 2. Dixit* Jeſus paralytico θάρσει τέκνον, *confide fili, remiſſa ſunt tibi peccata tua. Joan. 16. 33.* dixit idem diſcipulis ſuis, θαρσεῖτε, *Cõfidite, Ego vici mundum. Pſal. 2. 12.* inſigni epiphonemate oſtenditur quinam ſint beati. *Beati ſũt* [כל חוסי בו] *omnes qui cõfidũt in Chriſto.* Quod dicitur, *Pſa. 125. 1.* [הבטחים ביהוה] *Qui confidunt in* Jehova, *ſimiles ſunt mõti Sionis, qui nõ dimovetur.* Id *Eſaias cap. 28. 16.* ſic enũtiat, [המאמין] *Qui credit, non* [c] *præfeſtinabit*, aut [f] *tumultuabitur.* Et *B. Petrus 1. ep. 2. 6.* [ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ.] *Qui credit in eum, nequaquam pudefiet.*

17 Rectè igitur *Zanchius de operib. Redemp. lib. 1. cap. 13* Sæpenumero & πίστις pro fiduciâ uſurpatur, & credere pro confidere: & *Schæferus in* ἀκροάσει *Chriſtianæ religionis, Diſp. 4. par. 25.* Frequenter pro fide fiducia in Scripturis ponitur, & uſurpatur. Et *Chemnicius locor. Theolog. par. 2ª. & loco de Juſtificatione*, In aliquib° novi Teſtamenti locis, fides manifeſtè ſignificat fiduciam. Multus ibidem eſt *Chemnicius* in colligendis exemplis, tam iis in quibus extra articulũ juſtificationis, quàm iis, in quibus in ipſo juſtificationis articulo, fides

[x] Mich. Schæfer. diſp. 4. de juſtif. fid. cap. 2 parag. 21. & c.
[y] Eſai. 55. 6. Amos. 5. 4.
[z] Eſai. 26. 8. 9. cap. 55. 1. Mat. 5. 6. Pſal. 42. 2. 3. Pſal. 119. 20. Cant. 2. 3.
[a] Mat. 11. 28. Heb. 4. 16.
[b] Rom. 9. 30.
[c] 1. Tim. 1. 15.
[d] Galat. 3. 26, 27. cap. 2. 20. Philip. 1. 21.
[e] Tremellius.
[f] Schæferus, ἀκροάσει, diſp. 4. parag. 25. pag. 275.

[g] Pag. 661.

des usurpatur pro fiduciâ. Locupletes in hujus causæ subsidium citare testes, [h] *Melanc̃thonẽ*, [i] *Danæum*, [k] *Piscatorem*, [l] *Rollocum*, [m] *Polanum*, [n] *Keckermānum*, [o] *Vorstium*, [p] *Hoëum*, [q] *Platzium*, ac piissimas Ecclesiarum reformatarum [r] *confessiones*, nec vacat, nec opus est: omnes, una quasi mente, huic assentiuntur sententiæ; *Fidem esse fiduciam*.

18 Contrà sentientes *Pontificii*, sunt omnes ferè qui de justificatione scripserũt. Numeroso eorum partu *Romana* ditescit *Ecclesia*. Viginti quatuor, in aciẽ quasi, contra nos producit *Bellarminus, lib. 1. de Justificat. c. 3.* Possum ego plures eis annumerare: externos, [s] *Salmeronem*, [t] *Pererium*, [u] *Costerum*; nostrates, [x] *Kellisonum*, [y] *westonũ*, [z] *Calvinoturcismi autorem*, aliósq;. At non est opus. Unus *Bellarminus* reliquorum omnium, uteunq; fortium, continet armaturam. Ille *libri citati capite quinto*, ex divinis literis probat *fidem justificantem non esse fiduciam*. Argumenta ejus qualiacunq;, à [a] *Luca Trelcatio* diligenter examinata sunt, & expensa satis. Confutatione meâ non egent. Summatim dico, in eo falli *Bellarminum*, quòd fidem justificãtem esse putet, fidem generaliter acceptam; fidem eam, qua firmiter assentimur iis omnibus, quæ nobis Deus credenda proponit, quam quidẽ sic acceptam, fiduciam appellari, nemo sanus dixerit. Fiduciam appellamus fidem particularem, quæ sola est, & propriè justificans.

19 Hîc tamen distinguimus de *fiduciâ*, ut alia dicatur, & sit, fiducia *inchoata*, & *conditionalis*; alia *jam consummata*, & *prorsùs absoluta*. Illa facit, ut Deo per Christum confidamus, atq; etiam obediamus, sub spe promissæ justitiæ, & salutis æternæ; hæc autem, ut justitiam

[h] Loc. com. cap. de vocabulo fidei.
[i] Hag. Christ. l. 4. c. 8. p. 258.
[k] Thes. 2. de fide. p. 117.
[l] De vocat. c. 29. p. 225.
[m] Thes. 2. de fide justif. parag. 3. p. 621.
[n] Systẽ. Theol. l. 3. c. 7. p. 427.
[o] Tessarad. Antip. par. 2. ad parag. 18. pag. 93.
[p] Tractatu 2. de fide p. 113.
[q] Luco succiso loc. 30. p. 239.
[r] Helvet. poster. c. 16. p. 170. Bohem. c. 6. p. 176. Augustan. fol. 194.
[s] Comment. in Rom. 3. disp. 26. p. 370.
[t] In cap. 3. ad Rom. disp. 19. n. 93. p. 473.
[u] Enchirid loc. de fide, & loco de justificat.
[x] Survey l. 7. c. 3. parag. 3.
[y] De triplici hom. offic. l. 2. c. 27.
[z] Lib. 3. c. 13. p. 586.
[a] Instit. l. 3. de fide. p. 216.

juſtitiam,& ſalutem,veluti jam præſentem, & noſtrã propriam,uſurpemus: illa de fide juſtificante enuntiatur,hæc fidei illius effectus,ſeu fructus, cenſeri debet. Ita peracutè *Conradus Vorſtius Teſſaradecadis Antipiſtorianæ*,[b] *part.2.ad ſect.18.* Etiã diſtinctioni[c] *Trelcatianæ* ſuus hîc locus eſt; Fiducia diverſimodè conſiderari ſolet,*vel ut forma,vel ut effectus fidei:ut forma, quatenus certâ cordis perſuaſione Chriſtum amplectitur; ut effectus,quatenus ex hac perſuaſione gignit in nobis tranquillitatem conſcientiæ, & fiduciam libertatis.* Hinc facilis erit enuntiatorum quorundam, in Orthodoxorum libris ſpecie tenus pugnantium conciliatio. Unico res ipſa exemplo clara fiet. *Zanchius de Redẽpt. lib.1.cap.13. Revera*,inquit,*fides qua juſtificamur, aliud non eſt, quàm fiducia.* Idem *commentario in Epheſ.1. 15. Fides præcedit, ſubſequitur fiducia.* Manifeſta repugnantia; *Fides eſt fiducia*, &, *Fides non eſt fiducia.* Recurro ad diſtinctiones allatas, & concilio. *Revera fides quâ juſtificamur, aliud non eſt, quàm fiducia*;] fiduciam accipio inchoatam, ſive conditionalem, formã fidei. *Fides præcedit, ſubſequitur fiducia*;] fiduciam accipio conſummatam, ſeu abſolutam, fidei effectum. Hac obſervatâ diſtinctione, cæcus ego nihil video, cur cuiquam *Proteſtantium*, inſolens, & dura videatur hæc prædicatio, *Fides eſt fiducia*; cáq; in electis, uti ſequitur in theſi.

[b] Pag.97.
[c] Inſtit.lib.3.

2o *Fides juſtificans, ſeu ſalvifica, eſt fiducia in electis.*] Notatur fidei ſubjectum: id autem duplex; [d] *in quo*, & *cui*. Subjectum fidei *in quo*, eſt *anima humana*; ac in ea principales facultates; *intellectus* ac *voluntas*. In intellectu duæ ſunt fidei partes; *notitia*, & *aſſenſus*. [e] *Notitia* eſt, quâ totum Dei verbum ſecun-

[d] Bucan. loc. 29.pag. 276. Polan.theſ. par.1.de fide ſalvif.p.233.
[e] Trelcat.inſtit.l.3.p. 212.

secundum principalia illius capita intelligimus, pro modo gratiæ revelatæ. Hanc vocant [f] *Intellectionem*. [g] *Assensus* autem est, quo omnia ex lege, & Evangelio cognita, verissima esse firmissimè apud nos statuimus, & in iis acquiescimus; & hunc vocant [h] *Judicium*. *Judicium* istud duplex: *Veritatis*, & *Bonitatis*. *Judicio veritatis* assentitur mens Evangelicæ propositioni quòd vera sit; *judicio bonitatis*, quòd de re bonâ sit. Utrumq; *judicium*, tùm *veritatis*, tùm *bonitatis* speciale est: utpote quo ego judico, ea quæ dicuntur in Evangelio vera esse de me, bona esse mihi. Tertia fidei pars in *voluntate* est, & *Fiducia* appellatur: ea firma est cordis persuasio, quâ singuli verè fideles, peculiariter ad sese applicant id quod priùs judicârunt *verum*, & *bonum*, non in genere tantùm, sed etiam in specie. Hinc necessaria fit syllogismi illius practici materia, *Quisquis crediderit, justificabitur, & vivet*; At *Ego credo*; Ergo *Ego justificabor, & vivam*. Propositio est vox Evangelii, *Quisquis crediderit, justificabitur, & vivet*: assumptio mea est, ex πληροφορίᾳ & πεποιθήσει, ex fide mea speciali, At *Ego credo*: conclusio necessariò infertur, Ergo *Ego justificabor, & vivam*.

[f] Rolloc. de vocat. c. 29. p. 223.
[g] Trelcat. ubi suprà.
[h] Rolloc. ubi suprà.

21 Neq; hinc tollitur Dominicæ orationis usus, quod urget *Bellarminus, libri de notis Ecclesiæ* [i] *cap. 11*. Videmur illi hac fide nostrâ speciali credere, nullum habere nos peccatum. Sic enim ille, *Si certò credo, me nullum habere peccatum; mentior, si cum hâc fide dico, Dimitte nobis debita nostra*. Respondet tibi, *Bellarmine*, doctissimus [k] *Whitakerus*; *Nos non dicimus, certò nos credere, nullum nos habere peccatum: sed agnoscimus quotidie peccata nostra; ea seriò deploramus, nós q; peccatores*

[i] Parag. Præterea.
[k] Cont. 2. qu. 5 cap. 9. p. 331.

tores esse fatemur; & tamen non diffidimus nos justos esse, quia justitia nostra in alterius obedientiâ posita est, non in obedientiâ nostrâ; & quamvis peccatis laboramus, tamen quotidie contra ea militamus. Justi enim possumus esse per fidem, & tamen peccata habere, quia justi sumus non propter nostram, sed propter alienam justitiam. Ergo precamur quotidie, & quidem seriò, ut dimittantur peccata nostra, quæ in nobis multa esse agnoscimus. Responsi summa hæc est; qui fideles sumus, vario respectu [l] *habemus*, & *non habemus peccatum*: habemus in nobis ipsis, in carne nostrâ; non habemus in Christo capite, & principio nostro: in nobis ipsis impuri sumus, & sordentes; in Christo puri, & nitentes. A Christo in nosipsos obtutum figamus nostrum, abundè nobis erit unde quotidiè comprecemur; *Dimitte nobis debita nostra.*

[l] Iun. cont. 4. lib 4. c. 11. parag. 4. p. 487.

22 Parumper digressus sum: me revoco. Habuistis fidei subjectum, *in quo; animam humanam*: ac in ea *Intellectum* & *Voluntatem*. Sequitur subjectum, *cui*. Subjectum istud est *Homo*, [m] *Homo solus*. In nullam aliam creaturam cadit hæc fides, non in angelos sanctos: non in malos. Sancti, eâ non egent. Illi enim *faciem Dei Patris in cælis perpetuò vident*, *Mat. 18. 10.* Mali, illius non sunt capaces: quippe *qui*, *quum reliquerint suum domicilium, judicio magni illius diei vinculis æternis sub caligine reserventur*, *Jud. ver. 6. Homo solus* fidei capax est; *solus*, non *omnis*. *Non enim omnium est fides*, *2. Thes. 3. 2. Non reproborum*; *electorum* igitur. [n] Ita est; contrà licèt frendeat, fremátq; *Bellarminus de Justificat. lib. 3. cap. 14.* Quam *Beatus Paulus Tit. 1. 1.* expressè vocat *fidem electorũ*, eam negat *Bellarminus* esse *electorum* propriam. Ego *Paulum* sequor;

[m] Piscat. thes. 1. loc. 12. parag. 18. & c. p. 136.

[n] Tit. 1. 1. Matth. 33. 11.

quor; *fides electorum est: omniúmne?* an *aliquorum tantùm?* Scio esse qui respondeat,[o] *aliquorũ tantùm*, id est, adultorum.

[o] Piscat. thes. 1. loc. 12. parag. 32. p. 236.

23 Infantibus ille fidem denegat. Rationes ejus. Prima, *quia infantes, quùm rationis usu adhuc destituti sint, ad Verbum, unde fides nascitur, audiendũ, idonei non sunt.* Secũda, *quia Scriptura infantibus nusquam fidem tribuit.* 3ª. ab experientia ducitur, *Quis*, inquit, *in ullo unquam infante indicia fidei animadvertit? aut in seipso infante animadvertisse meminit?* A quâ viri doctissimi sententiâ non penitùs abhorret etiam doctissimus *Whitakerus*, cùm *defensionis cõtra Duræum libri 8. parag. 73.* apertè profiteatur, *se nunquam fuisse in eâ opinione, ut credere infantes judicârit, cũ id nec Scriptura doceat, nec ratio suadeat.* Nõ renuo, quin verissimi sint *Piscator*, & *Whitaker*[9], fidẽ accipientes [p] τῇ ἐνεργείᾳ, & ex auditu acquisitam. At est etiã [q] δυνάμει fides, quã variè [r] appellant, alii *occultam*, alii *habitualem*, alii *alitèr*. Eam fortassè & [s] *Piscator* vult; ubi asserit *regnum cælorum infantibus tribui vi promissionis divinæ, in fœdere gratiæ, ipsorum parentibus factæ.* Non dubito quin eam velit [t] *Whitakerus*, affirmans *Spiritum sanctum in ipsis etiam infantibus efficacem esse, occulto, miróq; modo.* Fidem hanc infantibus inesse, *Georg. Bachmanus Exercitat. Theolog. cent. 1. quæst. 34.* quinq; demonstrat argumẽtis. 1°. *Quia Deo placent.* 2°. *Quia habent Spiritum sanctum.* 3°. *Quia salutem adipiscuntur.* 4°. *Quia in credentium numero habentur.* 5°. *Quia Christus ipse fidem illis ascribit.* Eadem ferè disputat *Amãdus Polanus, sylloges Thes. part. 2ª. disputa. de* [u] *fide justifican. parag. 25.* At ea quàm solidè, quàm nervosè, non dico.

[p] Polan. thes. 1. de fide. salv. pag. 233.
[q] Ibid.
[r] Zanch. in Ephes. 2. 8.
[s] Vbi suprà parag. 33.
[t] Contra Duræum. lib. 8. parag. 77. p. 682.
[u] Pag. 631. & ibid. disp. de fide salvif parag. 9. p. 651.

De

24 De re ipsâ hæc mea est sententia; Infantes [x] licèt cum adultis eandem per omnia fidem non habeant propter organorum infirmitatem: habent tamen aliquid analogum, habent τὸ ἀυτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, *eundem spiritum fidei*, 2. Cor. 4. 13. habent τὸ σπέρμα τοῦ θεοῦ, *Dei semen*, 1. Joh. 3. 9. Habent eandem cum adultis fidē secundum semen, seu principiū habitus; Spiritus sanctus in eis immediatè pro ipsorum captu, & modulo operatur ad ipsorum justificationem. Verba *Junii animadvers. in Bellarmini controvers. 4. ad lib. 4. & cap. 11.* [y] clarè meum declarant sensum; Infantium nostrorū *duplex* est ratio, *in sese*, & *in Christo per spiritum ejus*. In sese fidē nō habent; at respectu *principii*, id est, Christi, & *seminis*, id est, spiritus Christi, fidem habent; vivente in ipsis Christo per Spiritum, quamvis nondū per ipsos agente, quia sunt infantes. *Nō habent actu fidem*. Quid tum postea? Ergo *non δυνάμει*? ergo *non in principio*? ergo *non in semine*? Non sequitur. Non magis quàm istud; Infantes in uteris maternis existentes non vident; ergo non habent videndi facultatem. Talē consequutionem vel pueri ridebunt, & explodent. At quid ego multa de infantibus apud adultos? Sequitur in thesi; *A Spiritu sancto excitata*.

[x] Polan. ibid.

[y] Parag. 7. p. 487.

25 *Fides est fiducia in electis à Spiritu sancto excitata*.]Exprimitur causa fidei, *causa efficiens*, eáq; [z] *principalis*, & [a] *summa*: Spiritus sanctus qui [b] proximè, sive immediatè, singulis, & solis electis actione speciali supra naturæ ordinem fidem infundit. [c] Συναλτια, sunt [d] *Pater* & [e] *Filius*, secundum axioma illud Scholasticorum; [f] *Opera Trinitatis ad extra, sunt indivisa*. Verū id est [g] *ratione essentiæ*, non *ordine modorum existendi*. Quælibet personarum suo ordine, & modo, ad *opera*,

[z] Pisc. thes. 1. loc. 12. parag. 10. p. 232.
[a] Polan. thes. 2. de fide salv. parag. 8. p. 624
[b] Rom. 8. 15. 16 1. Cor. 2. 10. 2. Cor. 1. 22. Galat. 5. 5. 1. Cor. 12. 9. 2. Cor. 44. 13. Galat. 5. 22.
[c] Bucan. loc. 29. p. 273.
[d] Joh. 6. 29. Act. 16. 14. Rom. 12. 3. Philip. 1. 29.
[e] Luc. 24. 32. Heb. 12. 2.
[f] Bucan. ubi suprà.
[g] Kecket. Syst. Theolib. 1. cap. 3. pag. 37.

quæ vocant, *ad extra*, concurrit. Pater, Filius, & Spiritus sanctus, efficiunt in electis fidem;[h] *Pater & Filius mediatè, Spiritus sanctus immediatè*. Pater, & Filius per Spiritum sanctum conferunt electis donũ fidei. Deus Pater *cuiq; partitur mensuram fidei, Rom. 12. 3.* Deus Filius est *fidei autor, & cõsummator, Heb. 12. 2.* Deus Spiritus sanctus, *est Spiritus fidei, 2. Cor. 4. 13.* Dei Patris, Filii, & Spiritus sancti, *fides donum est, Ephes. 2. 8.* Vultis causam hujus doni προηγουμένην, eam, quâ Deus impulsus quasi, filiis suis hoc medium salutis confert? Suspicite, & admiremini æternæ propositum Electionis. Fide donamur à Deo Patre; *Etiam, Pater, quia ita placuit tibi, Mat. 11. 26.* Rectè *Amandus Polanus*, & in hoc verè amandus, quia verus;[i] *Elegit nos Deus, nõ quia credituri eramus, sed ut crederemus*. Profiteamur de nobis ipsis, ut de se *Paulus, 1. Cor. 7. 25.*[k] *Factam nobis misericordiam, non quia fideles eramus, sed ut fideles essemus*. Reliquas fidei causas,[l] προκαταρκτικὴν, *Christi meritum, et intercessionem*;[m] συνεργούσας,[n] *Ministros Dei verbum fidei annuntiantes*, aliósq;[o] *fideles* suo exemplo ad credendum invitantes;[p] ὀργανικὰς, *Verbum Dei, auditum, lectum, seriâ meditatione perpensum, sacramenta, miracula, afflictiones*: has omnes fidei causas partim adultis solis, partim adultis paritèr, & infantibus accommodas, memor angustiarum præsentium, haud gravatim prætereo. Restat ultima theseos meę clausula; *Firmitèr applicans promissionem gratiæ divinæ*.

26 *Fides est fiducia in electis, à Spiritu sancto excitata, firmitèr applicans promissionẽ gratiæ divinæ.*] Additur ad finem theseos *Objectum fidei*, non *generale illud*;[q] Universa Dei veritas, quicquid in verbo Dei continetur;[r] totum Dei verbum à Spiritu sancto per Pro-

h Polan. thes. Rom. 12. 3. Hebr. 12. 2. 2. Cor. 4. 13. Ephes. 2. 8.

i Thes. 1. de fide salvif. pag. 228. in marg.

k Polan de prædestinatione. pag. 16.

l Polan. thes. 1. pag. 228. & thes. 2. p. 649.

m Idem thes. 1. p. 229.

n 1. Cor. 3. 5.

o Heb. 13. 7.

p Polan. ubi suprà.

q Rolloc. de vocat cap. 29. p. 219.

r Polan. thes. 2. de fide justif parag. 11. p. 625.

Prophetas,&Apoſtolos nobis traditũ;et ſi ab eo non magis poſſit divelli fides,quàm à ſole radii: ſed *ſpeciale*;Jeſus [f] Chriſtus cum beneficiis ſuis; [t] Chriſtus crucifixus,non ſimpliciter,ſed ut in verbo,& in ſacramẽtis nobis offertur;quæ cunq; ſunt miſericordiæ [u] promiſſiones de Chriſto,totóq; ipſius merito. Explico; [x] *Fides* quâ *aſſenſus* eſt,pro *objecto* habet univerſũ Dei verbum;quâ *Fiducia*,gratuitam Evangelii promiſſionem. Aliàs;*Fidei* [y] *objectum*,reſpectu *intellectus*, eſt veritas divina;reſpectu *voluntatis*,eſt ſingularis Dei gratia,promiſſionibus expoſita in Chriſto Jeſu.

[f] Rolloc.ubi ſupià.pag.223
[t] Rolloc. in Rom.8.p.163.
[u] Polan.ubi ſup. pag.626.
[x] Polan. theſ. 1.de fide ſalv. pag.233.
[y] Trelcat.inſt. lib.3.p.212.

27 Non ſapiunt iſta *Bellarmino*. Ille *l.1.de juſtif. cap.8.*ex divinis literis probare nititur, *fidei juſtificantis objectum* non eſſe ſpecialem miſericordiam. Armatam dolis mentem prodit ſuam. Tela in nos ejaculatur,ex *Evangeliis*,ex *Actis*, & *Epiſtolis Apoſtolorum*;ſingula perverſè,ne dicam, impudenter, detorta. Quæ quidem,quùm ſingula jam ſint à *Luca Trelcatio*, [z] *Inſtitutionis lib.3.*non hebetata modò, ac retuſa,ſed & confracta;ego nihil moror.

[z] Pag.214.

28 Hoc tantùm dico,*Objectum fidei juſtificantis*, eſſe,non *generalem* [a] *miſericordiam tantùm*, non tantùm generalem de Chriſto promiſſionem: ſed multò magis *ſpecialem miſericordiam*, ſpecialem promiſſionem;miſericordiam non omnibus promiſcuè, verùm peculiariter *mihi,tibi,iſti*,in Evangelio oblatam.Promiſſiones,& ſententiæ Evangelicæ generaliter conceptæ,ſunt *mihi,tibi,iſti*,ſpecialiter intelligendæ.Generale illud eſt,*Joan.3.15.Quiſquis credit in Filium, nõ peribit,ſed habebit vitam æternam.* Id ego particulariter accipio,ac ſi verba ſic haberent: ſi tu credideris in Filium nõ peribis,ſed habebis vitam æternam.Et mihimet

[a] Rolloc.de vocat.c.29.p.246.

himet applico, *At ego credo*; edoctus à *B. Paulo*, qui generalem eam sententiam, *1. Tim. 1. 15. Christum Jesum venisse in mundum, ut peccatores servaret*, ibidem ad sese peculiariter applicat, *Quorũ primus ego sum*; assumens se nominatim peccatorem esse, ut concluderet *Christum Jesum venisse in mũdũ*, ad se *servandum*. Nolo plura. Firmatæ jam sunt theseos meæ partes singulæ, ut tota stet immota. In ea directè respondeo ad primam *Bellarmini* quæstionem. Quæstio est, *Quænam sit fides justificans*; thesis mea, *fides justificans, est fiducia in electis, à Spiritu sancto excitata, firmiter applicans promissionem gratiæ divinæ.*

29 Longior fui (doctissimi Academici) in thesi mea prima stabilienda. In altera dabo operam, quam maximè potero, ut sim brevissimus. Thesis mea secũda; *Fides sola justificat*. *Justificat*] Varias hujus vocis significationes non ita pridem audivimus pro concione pereruditè [b] expositas. Eas ego vobis ut revocẽ in memoriam, non est hujus temporis. Significatio verbi forensis ad præsens negotium est admittenda. [c] *Totus enim justificationis actus in Scripturâ admodũ graphicè, quasi forensis quidam actus describitur.* Sistitur reus, accusatur, dantur testes, absolvitur. Hinc [d] *Justificare* nihil aliud est, quàm *absolvere à reatu peccatorum, ut ea non imputentur, sed condonentur*; & *Justificatio* nihil aliud est, quàm [e] *actio Dei judicialis gratuita, quâ electos accusationi, & maledictioni legis in seipsis obnoxios, per fidem, propter Christum, imputatione justitiæ illius justos judicat, ad laudem gloriæ gratiæ suæ, & ipsorum salutem.* Hæc summa est justificationis nostræ.

[b] à D. Rives.

[c] Osiand. Enchir. contra Pontific. cap. 20. qu. 1. pag. 96. in marg.

[d] Osiand. ibid.

[e] Trelcat. inst. lib. 2. p. 87.

30 Ea bipartitò considerari solet; *activè*, & *passivè*

sivè. Activè, respectu Dei, qui justificat; passivè, respectu nostri, qui justificamur. Utroq; respectu causas habet: quasdam ego acervatim percenseo.[f] Causam *efficientem principalem*; Deum ipsum, Patrem[g] in Filio per Spiritum sanctum: causam προηγουμένην, sive[h] *impulsivam*; solam Dei[i] misericordiam, sive gratiam; eámq;[k] duplici ratione; εὐδοκίας, & οἰκονομίας: causam[l] προκαταρκτικὴν, sive *meritoriam*; Christum θεάνθρωπον: & causam *instrumentalem*, fidem. Gratia illa, quã in causis justificationis enumeravi, non est *Gratia gratis data*;[m] χαρὶς χαρισμάτων, quæ in scholis *Gratia gratum faciens*, & *gratis dans*, vulgò appellatur. Hanc[n] anatomicâ velut sectione, in venas duas distrahunt; in[o] *Operantem, & Cooperantem*: *Operantem* rursus in tres rivulos diffundunt; *Prævenientem*, *Incipientem*, *Liberantem*: etiam *Cooperantem* in tres; *Subsequentem*, *Proficientem*, *Adjuvantem*. Tecum, modeste *Foxi*, liceat mihi exclamare; O *Christe* sancte, quo studio, quãto conatu, quas telas hîc nobis aranearum nectunt *Scholastici*, quò salutiferam *gratiæ* doctrinam, fumis, ac fuligine suarum nugarum obruant? De multiplici ista *Scholasticorum* gratiâ, obiter, & plus satis. Ad fidem me recipio, *causam* justificationis *instrumentalem*.

31. Quâ *solâ* dicimus *hominem justificari*. *Sola*.] Eâ voculâ non excludimus[p] alias justificationis causas; non gratiam Dei, non mortem Christi: id tantùm agimus, fidei officium, à reliquis omnibus, cùm intùs inhærentibus nobis donis, tùm foris præstitis operibus, ut distinguamus; eáq; à causis justificationis, ut removeamus. *Fidei* officium clarissimè elucet in variis ejusdem præconiis ac titulis. Est enim[q] unica illa

[f] Ibid.
[g] 2. Cor. 5. 19.
[h] Trelcat. ubi suprà. p. 88.
[i] Ibid. & Danæus. Isag. Chr. p. 4. lib. 4. cap. 30. p. 325.
[k] Trelcat. ubi suprà.
[l] Polan. logic. lib. 1. 1. p. 7.
[m] Trelcat. ubi suprà.
[n] Fox. de Christo grat. justif. p. 176.
[o] Lombard. lib. 2. dist. 26. parag. 1.
[p] Piscat. thes. 1. loc. 15 parag. 22. p. 265.
[q] Fay. thes. 61. parag. 5. p. 284 Polan. thes. 2. de fide just. f. parag. 22. p. 630.

manus, *manus spiritualis* quæ Christi beneficia, ad salutem necessaria, apprehendit. Est *vinculum* illud indissolubile nostræ cum Christo coalitionis. Est *canalis* ille, per quem Christi gratiæ in nos cumulatissimè derivantur. Est [r] ὑπόστασις rerum absentium, ἔλεγχος invisibilium, [s] *anchora* stabilis, & immota. Est [t] πληροφορία, est [u] παῤῥησία, est [x] αὐτεξούσιος. *Sola fides justificat.*

32 Hanc propositionem nos ex sacra Scriptura probare non posse, communis est omnium Romanensium sermo. At probamus tamen. Dominus Jairum confirmaturus dicit ei, *Marc. 5. 36.* [y] *Ne metuas, solummodo crede*, μόνον πίστευε: nónne apertè indicat, [z] se nihil omnino quærere, quàm unam fidem? Contextu meo docet *Apostolus*, *justificari hominem fide* χωρὶς ἔργων νόμου; exclusiva particula [*absq; operibus legis*] nōne voci *sola*, æquipollet? Frequenter occurrunt in *Paulinis* scriptis phrases istiusmodi exclusivæ [[a] *Non operanti*; [b] *Nō ex operibus*; [c] *Non, nisi per fidem*:] quæ satis solidè justificationem *soli fidei* tribuunt, *operibus* adimunt.

33 At pia & erudita antiquitas à nobis nō est. Quid ita? Prisci *Patres*, Græci, & Latini, particulam [*sola fide*] in justificationis articulo usurpârunt, & scriptis suis nobis in manum tradiderunt. Declarat istud doctissimus *Whitakerus* [d] *lib. 1. defens. cont. Duræum*, clarissimis [e] *Ambrosii*, [f] *Augustini*, [g] *Basilii*, & [h] *Nazianzeni* testimoniis. Hisce pereruditus *Perkinsus* in demonstratione [i] Problematis, annumerat [k] *Origenē*, [l] *Chrysostomum*, [m] *Theodoretum*: adjicio & ego [n] *Cyrillum Alexandrinum*, [o] *Hilarium*, [p] *Bernardum*, [q] *Leonem*. Oculi *Bellarmino* sunt aperti, ut negare nequeat hunc lu-

r Heb. 11. 1.
s Fay. ubi supr.
t Rom. 4. 2. 3. Coloss. 2. 2. Heb. 6. 11. & 10. 22.
u Ephes. 3. 12. Heb. 3. 6.
x Eph. 3. 12. Chemnic. loc. Theol. par. 2. de justif. pag. 670. &c.
y Luc. 8. 50.
z Beza annot. major. Bucan. loc. 31. de just. pag. 320. Platzius Luco succiso. loc. 31. p. 247.
a Rom. 4. 5.
b Ephes. 2. 9.
c Gal. 2. 16.
d Pag. 33. &c.
e Comment. in c. 3. ad Rō.
f Contra 2 ep. Pelag. lib. 1. c. 21. & serm. 181. de tempore & lib. 83. quæst. 76.
g Homil. de humilitate.
h περὶ ἀυλαξίας.
i Pag. 111.
k In Rom. 3.
l De fide & lege naturæ; & homil. 8. in Rom. 4. & homil. 14. in Rom. 8.
m In Ephes. 2.
n Ex bellarmin. lib. 1. de justif. cap. 25. parag. septim.
o In Matth. 8.
p Serm. 22. in cantica.
q Ep. 70.

cere

cere ſolem; venerandæ etiam antiquitatis doctrinã fuiſſe, *ſolam fidem juſtificare*. At cœleſtem hanc aquã, fœdis ſui cerebri coinquinat ſordibus. Diſtinctionibus putidis ac inſulſis involvit omnia. [r] Juſtificatio *alia eſt prima, alia ſecunda*: fides *alia eſt informis, alia* [s] *formata; alia vera, alia viva; alia* [t] *ſpecialis, alia dogmatica; alia Catholica, alia hæretica*. Hæreticam vocat non tantùm *Arianam*, aut *Eutychianam*: ſed & *Lutheranam*, & ſi placet, *Anglicanam*; fidem quamlibet, quę non eſt *nunc Romana*. Se tandem expedit. [u] *Leo*, aliíq; Patres, ubi *fidem ſolam juſtificare* affirmant, loquuntur de fide, non qualibet, ſed de *Catholicâ*, [id eſt, *nunc Romanâ*;] de fide, non *ſpeciali*, ſed *dogmaticâ*; de fide, non *vivâ*; ſed *verâ tamen*; de fide non *formatâ*, ſed *informi*; etiam de juſtificatione, non *ſecundâ*, ſed *primâ*.

r Bellar. de juſtif. lib. 4. c. 18 parag. Nos igitur.

s Idem de juſtificat. l. 1. c. 25. parag. in poſt. loc.

t Ibid. parag. Sed reſp.

u Bellarm. ubi ſuprà.

34 Quis finis eſſet, ſi ſingulas hujus labyrinthi ambages excutere vellem? Diſtinctionem illam de *juſtificatione primâ*, & *ſecundâ*, purum putum figmentũ eſſe, *Hunnius* in [x] examine primæ *Bellarmini* controverſię, ad *lib. 1. cap. 18.* piè ac nervoſè docet. Neq; contrà valent clamores [y] *Gretſeriani*. Eædem, ac etiam reliquæ, de fide *Catholicâ*, & *hæreticâ*; de fide *ſpeciali*, & *dogmaticâ*; de fide *vivâ*, & *verâ*; de fide *formatâ* & *informi*: nihil aliud ſunt, quàm nebulæ Pontificiæ de juſtificatione ſparſæ. Diſpârent illæ, ac reſolvuntur, ad puriſſimum verbi divini lumen, uti moderni veritatis orthodoxæ aſſertores, ſcriptis ſuis copioſè, ac ubertim demonſtrârunt.

x Pag. 183.

y In defenſ. pag. 326.

25 Ne diutiùs teneam, ad ſecundam *Bellarmini* quæſtionem verbo reſpondeo. Quęrit ille, *An fides ſola juſtificet*: reſpondeo ſecundâ meâ theſi; *Sola fides juſtificat*. Id dico, fidem eſſe cauſam organicam, ſive inſtru-

strumentalem justificationis nostræ; fidem instrumẽtum esse, quo justitiam *Jesu Christi*, nos justificantis, recipimus; quo unimur, ac copulamur cum *Christo*; quo *Christum* cum toto suo merito nobis applicam°: ac fidem *solam* hoc præstare; *solam*, ut excludantur opera, non *simpliciter*, sed tantùm *secundum quid*, quatenus scilicet finguntur esse *meritoria*; ut separentur, non quidem *à fidei præsentiâ*, sed tãtùm *à communicatione efficientiæ*. Utcunq; enim bona opera non sunt *causa regnandi*, at sunt tamen *via regni*.

Æterne Deus, qui, pro immensâ tuâ misericordiâ, verâ nos donasti fide, eandem in nobis indies adauge, & confirma; ut individuis ejusdem comitibus, bonis operibus studentes, sic in eis seriò ambulemus, ut postquã terrestris hujus domûs nostræ tabernaculum dissolutũ fuerit, in æternum illud in Cœlis tuis ædificium recipiamur, per Jesum Christum, Dominum nostrum, cui tecum, & cum sancto Spiritu, honor sit, & gloria in æternum. Amen.

DE

DE OPERIBVS RENATORVM.

Cap. 4.

Epist. ad Ephes. c. 2.

10 *Nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Jesu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in eis incederemus.*

BEatissimus gentium Apostolus, ac Evangelicæ doctrinæ fidelissimus buccinator, clarissimum illud gratuitę justificationis nostræ lumen, [a] *Christi* maximo beneficio partum, sempiterno Dei fœdere sancitũ, passim suis scriptis commonstravit. Nullibi autem pressiùs pariter, atq; nervosiùs, id agit, quàm hoc in capite. Summatim docet, *salutem nostram totã esse gratuitã, ex gratiâ Dei, & propter merita Jesu Christi, gratis nobis donari.* Quid aliud volunt verba illa cõtextum meum [b] antecedentia? *Gratiâ estis servati per fidem: & hoc non ex vobis, Dei donum est; nõ ex operibus, ut ne quis glorietur.* Scio esse, qui propter mitem & placidam hanc Evangelicę justificationis doctrinam, (*doctrinã de salute ex solâ gratiâ per fidem,*) aperto ore

[a] Fox. de Christo grat. justif. pag. 1.

[b] Vers. 8. 9.

in nos involent, ac vociferentur, à nobis everti planè bona opera, moribúsq; nunc hominum tam corruptis, & fermentatis, feneſtram ad audaciorem peccandi ſecuritatem aperiri. Quibus ego nihil appoſitius habeo, quod reſpõdeam, quàm quod *S. Apoſtolus* hoc meo contextu mihi ſuggerit. Quid autem illud? nempè, non perindè ſe rem habere, ac illi autumant; non quidem tolli, aut attenuari bona opera per doctrinam *gratiæ, & fidei*, quod illi dictitant: ſed per eandem potiùs ſtabiliri; quippe, quæ fieri non poſſint, *niſi à renatis, factíſq; in Chriſto novis creaturis. Nam ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Jeſu, &c.*] Verba ipſa, ſi placet, percurramus.

[c] Pſal. 100. 3.

2 *Ipſius.*] *Dei*, non *noſtri*; agnoſcimus [c] *Jehovam eſſe Deum, ipſum effeciſſe nos, non autem nos ipſos. Ipſius ſumus opus*] ποίημα *factura*, ſic interpres vulgatus; *creatura*, ſic Syrus; *figmentum*, ſic Ambroſius: atq; ita aliquando [d] Eraſmus verterat; quòd *factura*, vox videretur parùm Latina: ſed ab amicis eruditis, [qui verebantur, ne quem imperitiorē offenderet *figmenti* vocabulum,] admonitus, mutavit *figmentum*, in *opus*.

[d] In annotat.

[e] Muſculus.

3 *Ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Jeſu*] Conditi, κτισθέντες, creati. Duplici nomine [e] Dei *opus* ſumus; in *Adamo*, & in *Chriſto*. In *Adamo* accepimus, ut ſimus; in *Chriſto*, ut juſti, ac ſalvi ſimus. Utrumq; quidē nobis contigit in *Chriſto*: illud tanquam in *Verbo, per quod* [f] *omnia facta ſunt*; iſtud tanquam in *Verbo incarnato, ad hoc in mũdum miſſo,* [g] *ut quod perierat, ſervaretur*. Planiùs dico: duplex eſt hominũ [h] creatio, *prima*, & *ſecũda*; utraq; in *Chriſto*, & per *Chriſtum*: *primâ*, Deus creavit omnia per Λόγον *ſecundâ* creat nos ſpiritualitèr per eundem Λόγον, idq;, ut juſti ſimus, & ſervemur

[f] Ioan. 1. 3.
[g] Mat. 18. 11.
[h] Zanchius.

in

in vitam æternam. Sūma est; Per Verbum Dei, Christum Dominum, *facti* sumus ac *refecti*; *creati* sumus, ac *recreati*.

4 *Ipsius sumus opus, conditi in Christo Jesu*, ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς] Vulgata editio habet, *in operibus bonis*. Nō sapit ea lectio *Salmeroni*, quippe quę sit manifestè cōtra sensum Apostolicum. Ἐπὶ, inquit, cum dativo, designat potiùs finem, quàm materiam, aut instrumentum: unde cum *Ambrosio, Chrysostomo, & Erasmo*, legēdum putat, *ad opera bona*, vel, *in opera bona*. Et rectè id quidem. Longum est, & non necessarium singulos commemorare: pleriq; omnes [i] orthodoxi legunt, *ad bona opera*; unus Castalio, *ad rectè facta*: sed sensus idē est. *Ipsius sumus opus, conditi in Christo Jesu ad opera bona*, οἷς προητοίμασεν, *quæ præparavit Deus*] οἷς, i. quibus. Ad homines [k] *Erasmus* arbitratur referendū. Id *Musculo* minùs placet. εἷς προητοίμασεν ὁ θεὸς] Imperitiorib⁹, inquit, vertendum videtur, *Quibus præparavit Deus*, ut ad *homines* referatur: verùm, notus est Græcismus, ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, ἅς προητοίμασεν, pro, ἐπὶ τούτοις ἃ προητοίμασεν, *creati ad bona opera illa, quæ præparavit Deus*.

[i] Beza, Musculus, Hyperius, Piscator, Rollocus.
[k] In annotat.

5 *Præparavit*] S. Augustinus *in lib. de prædestina. Sanctor. cap. 10.* de præparatione æternâ. i. de prædestinatione interpretatur. Id *Zanchio* non videtur, cum ἑτοιμάζειν, quod est, promptum, paratum, & expeditū reddere, multùm differat à verbo προορίζειν, quod est, prædestinare, & ab æterno prępparare. Rem ipsam admittit: nos quidem, ad ea opera bona esse in Christo creatos. i. regenitos, ad quæ etiam fuimus ab æterno electi, pro suâ quisq; vocatione; alius *ad opus Apostolatûs*, alius *ad opera politica*, alius *ad alia* omnes verò *ad opera fidei, sanctitatis, & caritatis*. Sed ad mentem

Apo-

Apoſtoli hoc in loco expoſitionem hanc nihil putat pertinere. Alias aliorum affert interpretationes. Suam tandem ponit; *Apoſtolum noſtrum loqui de præparatione, quâ Deus per ſuum Spiritum diſponit, & afficit, promptámq; facit, mentem, voluntatem, & cor noſtrum, ad opera bona, tam omnibus Chriſtianis communia, quàm cujuſq; vocationi propria.* Hic certè verus videtur ac genuinus hujus loci ſenſus: Deum non ſolùm ad bona opera nos creaſſe, & ordinaſſe; ſed etiam hodiè ea ipſa in nobis per ſuum Spiritũ prompta, & facilia efficere, illuminato intellectu, flexâ voluntate, purgato corde, ſuppeditatis viribus ad ea promptè, expeditè, & libenter præſtanda. Præparatio iſta quæ ſit videmus.

6 At quorſũ ea ſpectat? ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν] *ut in iis ambulemus*] non ut confiſi gratiæ, deinde otioſi ſimus, quod rectè adverterunt, *interlinearis gloſſæ autor*, & *Lombardus:* ſed ut in eis promptè, læto animo, & expeditè ambulemus; ut in bonis iſtis operibus re ipſa totam vitam noſtram tranſigamus.

7 Hactenus (viri Patres & fratres) verba contextûs mei curſim, & quá potui, brevitate, attigi. Continent ea quidem ſummam doctrinæ de *bonis operibus*. Ut eandem quàm pauciſſimis complectar, hinc mihi ſumo quaſdam *theſes*, more meo, perquàm breviter perſtringendas. *Theſin primam* ex ſententia totius verſûs colligo. Hæc eſto: [1] *Doctrina gratiæ, ac fidei, nõ tollit bona opera.* Cui firmandæ vel unicus hic locus abundè inſervit. Hîc ſole meridiano elucet clariùs, bona opera fieri non poſſe, niſi ab iis, qui ſolâ Dei gratiâ ſervantur per fidem. *Qui ſolâ Dei gratiâ ſervamur per fidem, ſumus opus Dei, conditi in Chriſto Jeſu ad opera*

[1] Muſculus, Zanchius.

opera bona, quæ præparavit Deus, ut in eis ambulemus. Quid planiùs dici potuit? Tantùm profectò abest, ut doctrina *gratiæ*, ac *fidei*, bona tollat opera, ut etiam ad illa nos excitet, ac inflammet. Apertè hoc ipsum asserit Apostolus *ad Titum 2.11. Illuxit gratia Dei salutifera quibusvis hominibus, erudiens nos, ut abnegatâ impietate, & mundanis cupiditatibus, sapienter, & justè, & piè vivamus in præsenti seculo.* Rectè ad ea verba Gesnerus *in* [m] *doctrinæ cœlestis compendio; Doctrinâ de gratia Dei nequaquam ad securitatem uti debemus, sed potiùs ad vitæ emendationem.*

[m] Loc.13.p. 169.

8 Valdè [n] impudens est, & effrons impiorum petulantia. Non pudet eos ex bonis principiis absurdissima quæq; colligere. Ingenium aranei, qui ex bonis floribus venena colligit, imitantur. Non desunt hodiè istiusmodi *Libertini*, & [o] *Epicurei*, qui auditâ *gratiæ*, ac *fidei* doctrinâ, *bona opera* non curanda, & inutilia esse blaterent. Neq; defuerunt *Pauli* ævo, qui etiam ipsi *Paulo*, eandem doctrinam promulganti, objecerint; *Quid igitur? permanebimus in peccato, ut gratia fiat auctior? Quid igitur? peccabimus, quia sumus sub gratiâ?* Tam his, quàm illis, uno *B. Pauli* respondendum est vocabulo; [p] *Absit*. Doctrina *gratiæ*, & *fidei*, non laxat peccato frænum, *non tollit bona opera.*

[n] Aretius in Rom.6.1.

[o] Harm. conf. ex Helvet. post.c.16.p. 172.

[p] Rom.6.2.& 15.

9 Hîc quid nos? Docemus, Deum [q] vocasse nos, non ad luxum, & libidinem, sed *ad* [r] *opera bona, ut in illis ambulemus*; Deum [s] *eripuisse nos à potestate tenebrarum, ut* [t] *serviamus Deo viventi, ut rescindamus omnes reliquias peccati, ut in* [u] *timore & tremore operemur salutem nostram, ut appareat* [x] *Spiritum sanctificationis esse in membris nostris, & Christum ipsum* [y] *per*

[q] Harm. conf. parag.9.ex Angl.p.184.
[r] Ephes.2.10.
[s] Colos.1.13.
[t] Heb.9.14.
[u] Philip.2.12.
[x] 1.Cor 6.19.
[y] Ephes.3.17.

fidem in cordibus noſtris habitare. Hæc ipſa eſt, ut generatim loquar, Eccleſiarum reformatarum doctrina.

10 Quò injurioſiùs nos tractant *Pontificii*, qui nos *Proteſtantes*, vere *orthodoxos*, horrendi criminis inſimulent, quaſi [z] *opera bona* tanquam *non neceſſaria ad ſalutem* contemneremus, cáq; [a] nocere potiùs aut incommodare aſſereremus. *Simon Magus*, hæreſeôn [b] fons cœnoſiſſimus, docuit, *ſuos non debere opera curare.* [c] *Eunomius* hæreticorum [d] omnium impudentiſſimus, uſq; adeò fuit bonis moribus inimicus, ut aſſeveraret *nemini obeſſe perſeverantiam in peccatis.* Hiſce *Bellarm.* [*de juſtificat. lib. 4. cap. 8.*] pro ingenuitate ſuâ, ac rubore, nos æquiparat. Quid ita? Quia docemus; *ſolâ fide juſtificari hominem coram Deo.* Quod noſtrum dogma non eſſe Apoſtolicum, ſed eſſe *Simonis Magi, Baſilidis, Eunomii, Joviniani, Aëtii, pſeudoapoſtolorúmq;* hæreſin teterrimam clamat *Feu-ardëtius, præfatione in epiſtolam Jacobi.* Neq; mitiùs nobiſcum agit *Toletanus ille Jeſuita, Alfonſus Salmeron, qui* [e] *tractatu 23. in parabolas Domini*, ideo nos habet pro hæreticis, bonorum operum contemptoribus, quòd *ſoli fidei* innitamur. Longiùs quàm par eſt, expatiarer, ſi [f] *Stapletonum*, ſi [g] *Kelliſonum*, ſi [h] *autorem Calvinoturciſmi* maledicentiſſimum, [i] alióſq; *Papiſticæ* factionis Coryphæos, ſingulatim recenſerem: qui omnes in eam ſententiam raptim, tanquam pedarii, cucurrerunt; Nos quidem, doctrinâ noſtrâ de *ſola fide*, ad quamvis nequitiam laxare frænos, populúmq; à bonis operibus [k] avocare: ut tantùm extimulentur ad otioſam ſecuritatem, ad audacem confidentiam, & Luciferianam arrogantiam, quâ ſe beatiſſimæ Virgi-

[a] Bellarm. de juſtif. l. 4 c. 1. parag. ut igitur.
[a] lac. Lectius præſcrip. theol. lib. 2. aſſiſ. 8, p. 196.
[b] Zanch. de incarn. epiſt. ded.
[c] Auguſt. de hæreſ. cap. 54.
[d] Bellarm. de juſt. lib. 1. c. 8. parag. Deniq;
[e] Num. 6 p. 132
[f] Mortō. apol. Cathol. l. 1. c. 24. p. 65.
[g] Survey, lib. 7. cap. 2.
[h] Lib. 3. c. 12. p. 548.
[i] Caniſius &c.
[k] Rainoldus, Calvinoturc. lib. 3. c. 12. p. 548.

ni,

ni, Diviſq; omnibus, ipſi etiam *Chriſto Jeſu* comparent.

11 Crimen, fateor, [l] pergrande eſt, quod impingunt; & Chriſtianæ pariter fidei, ac bonis moribus, publicæq; utilitati, adverſum nimis. Quid? Qui *ſoli gratiæ Dei, per fidem*, innitimur, ideóne arguimur, tanquam ſi *bona opera* non curaremus, contemneremus, averſaremur? At crimine tam deformi, ipſi Jeſuiticæ ſectæ principes nos jamdudum liberârunt. Toletus *annotatione ſextâ in caput 15. Evangelii ſecundum Johannem*, Maldonatus *commentario in Joan. cap. 13. 15.* Vega *lib. 15. de juſtificatione, cap. 5.* Stapletonus *lib. 9. de Juſtif. cap. 7.* Bellarminus *de juſtificatione lib. 1.* [m] *cap. 15.* ac [n] alibi; hi omnes, uno quaſi ore, à tanti criminis labe nos vindicârunt. Expreſſis illi verbis causâ noſtram ſic egerunt: *Aſſerunt ſanè Proteſtantes,* [o] *fidem juſtificantem non poſſe eſſe ſine bonis operibus;* [p] *juſtificationem, & ſanctificationem tam conjunctas, támq; cohærentes eſſe, ut non poſſit alterum ab altero divelli;* [q] *fidem, quæ juſtificat, eſſe vivam, & operantem per caritatem, aliáq; opera;* [r] *caritatem inſeparabilem eſſe à fide;* [s] *fidem rem eſſe vivam, actuoſam, efficacem, quæ ſemper neceſſariò operetur;* [t] *veram fidem non eſſe, quæ non parit bona opera, & quæ caritatem comitem nõ habet;* [u] *ad juſtificationem, requiri fidem, & pœnitentiam, & fidem vivam, & pœnitentiam ſeriam; & ſine his neminem juſtificari.* Etiam [x] *Calvinus pœnitentiam in peccatoribus requirit, ut juſtificentur.* Hanc tam inſignem virorum *Pontificiorum*, de neceſſitate bonorum operum, à nobis defenſitatâ, confeſſionem ediderunt duo viri doctiſſimi; Theologus, & Juriſconſultus; Mortonus, & Lectius: Hic quidem *præſcriptionum*

[l] Lectius præſcr. theol. l. 2. aff. 8. p. 196.

[m] Parag. Adverſarii.

[n] Lib. 4. de juſtif. cap. 1. parag. Ac primũ & lib. 3. cap. 6. parag. Hæc & ſimilia.

[o] Toletus, Maldonatus.

[p] Vega.

[q] Stapleton.

[r] Bellarm. de juſtificat. lib. 1. c. 15.

[s] Ibid.

[t] Bellarm. de juſtif. l. 4. c. 1.

[u] Idem l. 3. c. 6.

[x] Vega.

Theologicarum lib. 2. affirmatione [y] 82; Ille verò *Apologiæ Catholicæ, lib. 1. cap.* [z] 24. Qui igitur tam execrandā de bonorum operum contemptu, neglectúve hæresin nobis affingunt, næ illi, vel ipsis Jesuitis testibus, meri sunt impostores, ac prodigiosè mentiuntur.

12 Theologi nostri [a] quotidiè & scriptis suis, & apud populum, quantâ possunt vocis contentione, *bonorum operum necessitatem* testantur, ac prædicant. Sic tamen id agunt, ut bonis istis operibus, salutis nostræ causam minimè assignent. Non enim tanti sunt, ut per ea pretiosum illud diadema mereamur, servi nos nihili, & sine usu. Hunc honorem Deo, Christóq; in solidum servant. At docent tamen *bonis operibus operam necessariò dandam esse*, si quis summi boni concupiscit usuram; nec itinere alio ad perennem illam beatitatem perveniri.

13 Politissima illa Ecclesiæ Anglicanæ Apologia, [b] testatur nos ex variis sacrarum literarum [c] locis docere, *bona opera necessaria esse Christiano homini ad salutem*: eandémq; bonorū operū necessitatem, [d] probant item reliquæ *Ecclesiæ reformatæ*; sed cautione adhibitâ, ne ob ambiguas voces, aut ad justificationē requiri videantur, aut æternæ vitæ merita perhiberi. Martinus Chēnicius *in* [e] *Enchiridio* quærit, sitne hæc propositio vera, *Bona opera sunt necessaria*: veram esse respondet, tùm quoad *sensum*, tùm quoad *formam sanorum verborum*. Declaro; Bona opera *necessaria* sunt non necessitate [f] *coactionis*, nec necessitate *causæ*, sed necessitate [g] *debiti*. [h] Bona opera divinitùs mandata renatis, non sunt arbitraria, adiaphora, vel indifferentia; sunt enim necessaria. Necessaria sunt, non *necessitate coactionis*; debent enim bona renatorum opera fieri

y Pag. 199.
z Nota sexta p. 65.
a Lectius. præscr. theol. l. 2. aff. 8. p. 196.
b Rain. Apol. thes. parag. 19. p. 263.
c Ephes. 2. 10. Coloss. 1. 13. Heb. 9. 14. Philip. 2. 12. 1. Cor. 6. 19. Ephes. 3. 17.
d Harm. conf. parag. 9. Helv. post. c. 16. Bohē. c. 7. Belg. art. 24. Sax. con. art. 3. &c. cum observat. 7. ad Augustanam confes. & observ. 1. ad Wirtemberg.
e Loco de bonis oper. p. 232.
f Chemnicius loc. theol. par. 3. de oper. renat. qu. 6 pag. 116.
g Ibid. p. 119.
h Ibid. p. 121.

eri animo prompto, hilari, ſpontaneo, & voluntario: nec *neceſſitate cauſæ*; nõ enim cauſa ſunt, ſeu meritum juſtitiæ, ſalutis, ac vitæ æternæ: ſed *neceſſitate debiti*, [i] propter voluntatem, & mandatum Dei.

[i] Ibid. p. 116. 121.

14 Bona opera ſunt neceſſaria, *neceſſitate debiti*: debitores ſumus *Deo*, *nobis ipſis*, *proximo*. Triplici igitur reſpectu bonis operibus neceſſariò eſt incumbendũ: [k] *reſpectu Dei*, *reſpectu noſtri*, *reſpectu proximi*. Simpliciſſima hæc eſt diſtributio, & ſatis pervulgata. Rectè Lutherus; [l] *Bona opera facienda ſunt, ut glorificent Deum; ut teſtentur de fide* noſtrâ; *ut ſerviant proximo*. Hæc dilatare non vacat. Hactenus [*viri doctiſſimi*] veſtram de bonorum operum neceſſitate doctrinam, piam ſanè, & orthodoxam, exhibui. Inde liquet mirè calumniari *Pontificios*, qui repagulis verecundiæ diſcuſſis, aſſeverant; *nos*, qui in cauſâ ſalutis ſolâ gratiâ ac fide fulcimur, [m] *omnia recte facta damnare, ad licentiam et libidinem fores aperire, populúmq; ab omni ſtudio virtutis abducere*. Clamores tam importuni, tam diri, nõ impediunt, quò minùs fixa maneat theſis mea prima; *Doctrina gratiæ, ac fidei, non tollit bona opera*.

[k] Trelcat. inſtit. lib. 3. p. 220. Polan. theſ. ad loc. 45. parag. 15. &c.

[l] Chemnicius loc. theol. par. 3. de oper. renat. qu. 8. p. 155.

[m] Iuel. Apol. par. 3. cap. 7. parag. 2.

15 Secundam colligo ex priore contextûs hujus parte. *Ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Jeſu ad opera bona*. Hęc eſto: *Bona opera fiunt tãtùm à renatis*. [n] *Opera* in hoc argumẽto appellamus omnia cogitata, dicta, facta, quæ ab hominibus proficiſcuntur. Ea, ſi divinæ voluntati reſponderint, *bona* dicimus; ſin eidem obſiterint, *mala*. Quæ *bona* dicimus, ea ſuis circunſcripta ſunt cancellis: *proficiſcuntur* [o] *ex corde puro, ex fide vera oriuntur, ad gloriam Dei diriguntur; in Chriſto, qui ſolus noſtros tegit defectus, præſtantur; ac uni accepta referuntur Deo*. Poſſem hæc luculentis ſacræ paginæ ſur-

[n] Fay. theſ. 41. parag. 2.

[o] Zanch. lib. 1. de oper. red. tractat. de lib. arbit. theſ. 8. parag. Primum &c.

mare teſtimoniis. At ea vobis jam indubitata ſunt; & mihi feſtinandum eſt. Satis habeo, ſi paucis ſingula attigero.

16 Primum eſt: *Bona opera proficiſcuntur ex corde puro.*[p] Fons ſalſus aquam dulcem non emittit; nec ficus amaras producit olivarum baccas. Fontis index aqua eſt; & arboris, fructus.[q] Arbor bona fert fructus bonos; & putris, putres.[r] Non poteſt arbor bona fructus malos ferre; nec mala, bonos.[s] Nunquid colligũt è ſpinis uvam, ex tribulis ficus?[t] Admonent hæc proverbialia, ſicut ex *aquâ* fontem, è *fœtu* arborem; ita & hominem ex *operibus* æſtimandum eſſe. Homo renatus arbor bona eſt; non renatus, mala. Omnia non renatorum opera, quãtumvis ſpecioſa, ſunt ſordes, ſunt inquinamenta, ſunt mera iniquitas. Quid ita? Quia ex immundo fonte, hoc eſt, impuro corde, ſcaturiunt. At eorum qui Chriſto per fidem inſiti ſunt, pérq; ſpiritũ ejus renati; eorum, inquam, opera bona ſunt, ſunt grata Deo. Cauſa eſt in promptu; quia *è corde puro* exeũt, ac emanant.

p Iacob. 3. 12.
q Matth. 7. 17.
r Verſ. 18.
s Verſ. 16.
t Druſ. proverb. 1. 3. 43.

17 Secundum eſt: *Bona opera ex fide verâ oriuntur.* Immotum eſt illud Pauli ad *Romanos*, 14. 23. *Quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt.* Æquè firmum eſt & illud, ad *Hebræos*, 11. 6. *Fieri non poteſt, ut ſine fide quiſquam Deo placeat.* Quid pluribus? Evincunt iſta clariſſimè, à ſolis fidelibus opera bona fieri.[u] *Infidelibus autem nihil purum eſt; ſed polluta eſt eorum & mens, & conſcientia.*

u Tit. 1. 15.

18 Tertium eſt: *Bona opera diriguntur ad Dei gloriam.* Præceptum eſt Evãgelicum;[x] *Splendeat lux veſtra coram hominibus, ut videntes bona veſtra opera, glorificent patrem illum veſtrum, qui in cælis.* Eſt & Apoſto-

x Mat. 5. 16.

ſtolicum;[y] *Sive editis, ſive bibitis, ſive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*[z] Ad honorem Dei, ad gloriã Altiſſimi, deſtinãda ſunt opera noſtra, ſi quidem *bona* appellanda fuerint. Etenim bona à malis, ut virtutes à vitiis, finibus ſuis, non officiis diſcernuntur. Scitè Auguſtinus [a] *contra Julianum Pelagianum, lib. 4 cap. 3. Officium eſt, quod faciendum eſt; finis, propter quod faciendũ eſt. Quum itaq; facit homo aliquid, ubi peccare nõ videtur; ſi non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare convincitur.* Et ibidem, [b] *Quicquid boni fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri debet, etſi officio videatur bonum, ipſo non recto fine peccatum eſt.*

[y] 1. Cor. 10. 31.
[z] Polan. theſ. 2 loc. 45. parag. 12. p. 639.
[a] Edit. Pariſ. 1531. tom. 7. fol. 212. D.
[b] Fol. 212. E.

19 Quartum eſt: *Bona opera ex fiducia in Chriſtũ præſtanda ſunt.* Si proſpiciens de cœlo Dominus ipſe ſuper [c] filios hominum, ſtudia eorum omnia corrupta, ac depravata deprehenderit; ſi myſticus ac regius [d] ἱκετηρία, ſuâ fretus juſtitiâ, judicium cum Deo ſuo inire noluerit; ſi graviſſimus humanæ juſtitiæ [e] præco, ac vindex, inficiari nec ipſe valuerit, quin in multis omnes impingamus: fatendum certè eſt, nulla eſſe vel perfectiſſimorum hominũ, tam ſancta ſtudia, ac [f] molimina, quæ non aliquâ ſuâ apud Deum laborent imperfectione. Omnia vel renatorum opera hujuſmodi ſunt; ab ea perfectione, quam lex poſtulat, ſi in ſe ſpectentur, deficiunt; ſúntq; legis maledictioni obnoxia: at ea tamen *bona* dicimus; quatenus propter fidem in [g] Chriſtum, quicquid eſt in eis vitii, maculæ, culpæ, aut defectûs, totum illud perfectâ Chriſti juſtitiâ, & obedientiâ, tegitur, remittitur, non imputatur. Sãcto Dei Spiritu afflatus [h] *David* quum diuturno conſcientiæ ſuæ cruciatu [i] fatigaretur, in hanc vocem erupit; [k] *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum*

[c] Pſal. 14. 2.
[d] Pſal. 143. 2.
[e] Iacob. 3. 2.
[f] Fox. de Chriſto grat. juſtifi. lib. 1. pag. 15.
[g] Zanc. de lib. arbit. qu. 2. theſ. 8. parag. Quarto.
[h] 2. Sam. 23. 2.
[i] Marlorat.
[k] Pſal. 32. 2. Rom. 4. 7. 8.

ob-

obtecta sunt peccata : beatus vir, cui non imputârit Dominus peccatum. Certe,[l] qui Christi justitiâ jam sunt induti, ii non sibi modò propitium habent Dominũ; sed operibus quoq; suis, quorum maculæ, & nævi, ne in rationem veniant, obteguntur.

[l] Marlorat.

20 Quintum est: *Bona opera uni accepta Deo referri debent.* Oscitantes hallucinantur hypocritæ, qui de suis operibus, non in Deo, sed in seipsis gloriãtur; eáq; non gratiæ Christi, sed suis viribus ascribunt. Omnia eorum opera, vel hac impiâ gloriatione contaminantur, conspurcantur, & in Dei conspectu detestanda redduntur. [m] *Quis te*, ô hypocrita, *ab aliorum impiorum numero discrevit?* Fidéne tua? an opera? Num fides tua à teipso est? num opera tua à teipso? *Quid habes quod non accepisti? quòd si etiam accepisti; quid gloriaris, quasi non acceperis?*

[m] 1. Cor. 4. 7.

21 Hæc ego in transcursu attigi, ex quibus patet, quum renati tantùm corde puro sint, veram fidẽ habeant, opera sua ad gloriam Dei dirigant, eadem ex fiduciâ in Christum præstent, uníq; accepta Deo referant: immotam esse secundam meam thesin: *Bona opera fieri tantùm à renatis.*

[n] Part. 1. p. 249.
[o] Lib. 4. c. 68.
[p] Cap. 9. qu. 3.
[q] Lib. 2. c. 14.
[r] De oper. redempt. lib. 1.
[s] Chemnicius in Enchirid. loco de bonis oper. p. 250. Idem loc. theol. part. 3. p. 43. Bucerus contra Iungum script. Angl. p. 797. Whitaker. de peccato orig. lib. 2. c. 14. p. 272.

22 Hinc sequitur, *omnia non renatorum, seu infidelium opera, peccata esse.* Nihil verius, nihil certius. Hoc ipsum cùm è sacris literis, tùm ex Patribus, tùm etiam ex purioribus Scholasticis, viri nostrarum partium doctissimi, Chemnicius *in* [n] *examine*, Danæus *in* [o] *Isagoges parte 4ª*, Osiander *in* [p] *Enchiridio*, Whitakerus *in* [q] *tractatu de peccato originali*, Zanchius *in disputatione* [r] *de libero arbitrio*, [s] aliíq; contra Pontificios, luculentissimè demonstrârunt. Summa illa sit; Quicquid infideles [t] agunt, quantumvis præclarum,

[t] Whitaker. de peccato orig. lib. 2. c. 14. p. 272.

rum,& ſplendidum videatur,id malum eſt, eſt peccatum. Inter *Patres Tridentinos* non defuit hujus veritatis publicus,& doctus patronus,*Gaſper Caſalius*:qui *juſtitiæ quadripartitæ libro 1°.cap.22.* eam tuetur *Auguſtini* ſententiam,quâ multis in locis docet,non eſſe veras virtutes extra fidem,aut cognitionem veri Dei; hoc eſt,non eſſe apud Ethnicos virtutes, quæ ſic ſint virtutes,ut vitia non ſint; hoc eſt, non eſſe apud infideles,actiones, quæ ſic ſint bonæ, ut malæ non ſint; hoc eſt,*omnia infidelium opera eſſe peccata.* Ad hanc *Auguſtini* ſententiam aſtruendam, *Ambroſius, Hieronymus, Gregorius*, [u] aliiq; ibidem adducuntur. Inter Scholaſticos,[x] *Gregorius Ariminenſis*, locuples Theologus,ad *Auguſtinum* mordicùs adhæreſcit. In eandem iverunt ſententiam & [y] *Gerſon*, & [z] *Capreolus*; quam & [a] *Maldonatus* aliquando approbavit, & docuit. Quum tanta circunſtet nos teſtium nubes,quid non pro certo ſtatuimus; *omnia infidelium opera peccata eſſe?*

[u] Chryſoſtom. Proſper, Gloſſa ord. Lactantius, Beda,&c.
[x] Whitak. ubi ſuprà.
Gregor. de Valent comm. theol. tom. 3. diſp. 1. qu. 10. punct. 2. parag. Præterea.
[y] Whitak. ubi ſuprà.
[z] Gregor. de Valentia ubi ſuprà, parag. Capreolus.
[a] In Mat. 7. 18.

23 Omniáne peccata ſunt? Nihílne agere poſſunt infideles, quin peccent? Quid? ſi jus dixerint, ſi depoſitum reddiderint,ſi famelico cibum dederint, ſi nudum operuerint,ſi periclitantem liberaverint, ſi ægri vulnera foverint,ſi divitias honeſtæ amicitiæ impenderint, ſi ad teſtimonium falſum nec tormentis impelli potuerint, ſi alia miſericordiæ officia præſtiterint, num peccare arguentur? Certè. Arguuntur ab *Auguſtino contra Julianum Pelagianum lib.4. cap.3.* Verùm hîc mihi cum doctiſſimo [b] *Zanchio* videtur diſtinguendum. Opera infidelium bifariam conſiderari poſſunt; *quoad ſubſtantiam operum*, & *quoad modum operandi.* Si ſpectemus *operum ſubſtantiam*, non

[b] De oper. red. tract. de lib. arb. qu. 2. theſ. 8. ob. 1. parag. Revocanda.

sunt omnia infidelium opera in peccatis numeranda. Etenim ea quandoq; præstant, quæ tùm lex naturæ, omnium, etiam gentium, inscripta mentibus; tùm lex Dei per Mosem tradita, præstanda esse edocent. Sin verò *operandi modum* consideremus, omnia eorum opera certissima sunt peccata. Quid ita? Quia neq; ex fonte bono, id est, corde puro proficiscuntur; neque ex fide verâ oriuntur; neq; ad gloriam Dei diriguntur; neq; ex fiducia in Christum præstantur; neque uni Deo accepta referuntur.

[a] Loc. Theol. par. 3 pag. 44.

24 In eundem sensum clarissimus [c] Chemnicius, [*de bonis operibus, quæstione 3ª*,] in operib[9] infidelium rectè distinguit ipsam operum substantiam, à vitio personæ operantis; Virtutes, inquit, Ethnicorum, per se, suo genere, sunt bonæ: sed accedit vitium; quia illa persona, à qua ea peraguntur, non est [d] reconciliata. Ex peccato originali, quod cordi pravo infidelium adhæret, omnia infidelium opera contaminantur, maculantur, inquinantur.

[d] Chemnicius exam. par. 1. de oper. infidel. p. 257. & 260.

[e] Dan. Isag. par. 4. lib. 4. cap. 68. p. 414.

25 [e] Neq; idcirco tamen parem facimus, *Trajano, Caligulam*; aut *Socrati, Anytum*. Civilis honestatis ratione *Trajanum* laudamus, *Caligulam* damnamus; *Socratem* honoramus, *Anytum* accusamus. Neq; idē coram Deo est, sitne infidelis, *Trajanus*, an *Caligula*; *Socrates*, an *Anytus*. Certissimum est, *non esse omnia infidelium peccata paria. Tolerabilius erit* [f] *Tyro, & Sidoni, in die judicii; quàm Chorazin, quàm Bethsaidæ: tolerabilius* [g] *Sodomæ, quàm Capernaũ.* At hinc nō sequitur, *opera moralia infideliũ esse bona*. Rectè [h] Augustin[9]; *Qui boni nō sunt, possunt esse alii minùs, alii magis mali. Minùs Fabricius, quã Catilina, punietur; nō quia ille bon[9], sed quia iste magis mal[9]. Minùs fuit impius, quã Catilina,*

[f] Mat. 11. 21. 22

[g] Ver. 23. 24.

[h] Chemnicius exam. par. 1. p. 260.

Fe-

Fabricius; nõ veras virtutes habẽdo, sed à veris virtutib[s] *non plurimùm deviando.* Quid multis ?[i] Ad bonum opus requiritur, non tantùm ut aliquid fiat, quod suo genere bonum sit; sed præcipuè, ut benè fiat. Possũt enim aliqua bona fieri; non benè facientibus, à quibus fiunt. Vulgatissima est regula; *Bona opera non ex nominibus, sed ex adverbiis judicanda sunt.* Si bonum opus feceris, ac non benè: non erit opus tuum bonũ.

26 Ex iis quæ jam dicta sunt, emerserunt duo *Ecclesiæ Anglicanæ* de nondum justificatis pronunciata. Primum;[k] *Homo ante, & extra fidem justificantem, non potest facere bonum opus, quod acceptum sit, & gratum* Deo. Secundum; *Hominis nondum justificati opera omnia sunt peccata.* Atq; hîc portenta quædam Papistarum convincuntur. Ista; *Homo ex puris naturalibus potest diligere* Deum *super omnia; Homo suis viribus implere potest præcepta Theologicarum virtutum secundum substantiam operis, ut credere, sperare, diligere; Homo ante justificationem gratiam de congruo mereri potest; Non omnes infidelium actiones, & Philosophorũ virtutes sunt peccata.* Hæc illa sunt, quæ dixi, portenta Papistica.

27 Primum est: *Homo ex puris naturalibus potest diligere Deum super omnia.* Ita scripsisse Scholasticos quosdam paucos *Bellarminus de gra. & lib. arbit. lib. 5.* [l] *cap. 13.* libens agnoscit. At qui tandem Scholastici? Illi, opinor, qui sine auxilio gratiæ per Christum, aliquod *bonum opus morale* à nobis fieri posse docuerũt. Hujus sententiæ assertores proferuntur à Gabriele Vasquez, *commentariorum in 12. disp. 190. cap. 1.* [m] *Bonaventura,* [n] *Richardus,* [o] *Durandus,* [p] *Gabriel,* [q] *Petrus Alliacensis,* [r] *Driedo,* [s] *Vega,* [t] alii. At eandem explo-

[i] Chemnic. ubi suprà. p. 257.

[k] Artic. relig. 13. Bucer. scrip Angl. controvers. de bonis oper. p. 800.

[l] Par. Tertius.

[m] In 2. dist. 28. art. 2. qu. 2. & 3.

[n] Art. 1. qu. 1.

[o] In 2. dist. 28. qu. 2. & qu. 5.

[p] Qu. 1. art. 2. concl. 1. & 2.

[q] In 1. qu. 9.

[r] Lib. 1. de lib. arb. tract. 1. c. 2. par. 2.

[s] De justif. qu. 12.

[t] Almainus, Ruard. Gaiet. Conrad. Magister 2. dist. 26. &c.

dit [u] *Bellarminus*. Iniquum putat, ut *Ecclesiæ Catholicæ* tribuatur paucorum opinio, quam in eadem Ecclesia plures & graviores refellunt.

28 Secundum est: *Potest homo suis viribus implere præcepta Theologicarum virtutum, secundum substantiam operis; ut credere, sperare, diligere.* Hujus assertionis fautores producit [x] *Ruardus*, [y] *Thomam Aquinatẽ*, & *Cardinalem* [z] *Caietanum*. Quidni & ego *Andradium* producerem? quem per multas paginas prolixâ oratione, in fine *libri tertii* [a] *orthodoxarum explicationum*, disputasse animadvertit [b] *Chemnicius*; *Philosophos sine verbo Dei, & sine spiritu regenerationis, naturalibus notitiis, & viribus, pervenisse ad veram fidem, & justitiã, quâ salvati sint: adjuncto illo tantùm auxilio Dei, de* quo *Cicero* etiam dicit, *nullam excellentem virtutem in Ethnicis fuisse sine afflatu divino*. Expressa in hanc sententiam habemus *Soti* verba, *de natura et gra. lib. 1. cap. 22*; *Potest homo existens in peccato, sive ante receptam fidem, sive cũ fide mortuâ, per sua naturalia, id est, solo generali Dei auxilio, implere quandoq; præcepta*, videlicet *naturalis juris, vel divini, vel humani, quantùm ad substantiam actûs*. Hanc ille propositionem affirmat esse, non solùm [c] *Thomæ*; verùm etiam *Scoti*, & omnium Theologorum, [d] nemine excepto. At eandem tamen [e] *Bellarminus* rejicit; nec æquum censet, ut Ecclesiæ tribuantur singulorum somnia.

29 Tertium est: *Homo ante justificationem, gratiã de congruo mereri potest*. Axioma est Scholasticorum; [f] *Homo non renatus, sine fide & Spiritu sancto, solo libero arbitrio faciens opera præceptorum, non peccat*. Hinc *meritum congrui* extruxerunt; quòd, scilicet, divinæ bonitati congruat, ut homini non renato, facienti quod

in

[a] De grat. & lib. arb. l. 5. c. 13. parag. Tertius.

[x] Art. de lib. arbit. p. 297. [y] 1 2. qu. 109. art. 4.

[z] Comment. in Thom.

[a] Pag. 273. &c.

[b] Exam. par. 1. pag. 274.

[c] 1 2. qu. 109. art. 4.

[d] 2. Sent. dist. 28.

[e] De gra. & lib. arbit. lib. 5 c. 13. paragr. Quartus.

[f] Chemnicius loc. theol. par. 1. de lib. arbit. c. 4. p. 463.

in se est, non deneget suam gratiam. Hoc est quod asserit *Scotus* fidentissimè; g *Hominem sine gratia, naturæ viribus posse exercere opera moraliter bona, quibus de eō, quo mereatur gratiam gratum facientem.* Magnus ille *Romanarum* hęreseōn ὑπερασπιστὴς, *Robertus Bellarminus, de justificat. lib. 5.* h *cap. 22.* huic sententiæ assertorem, ac vindicem se accommodat. Apertè dicit *hominē nōdum reconciliatum per opera pœnitētiæ posse impetrare, & mereri ex congruo gratiam justificationis.* Falsissimè.

g Chemnic. ubi sup. p. 505.

h Parag. Præterea.

30 Ultimum est: i *Non omnes infidelium actiones & philosophorum virtutes, sunt peccata.* Hæc est illa *Helena*, pro quâ acerrimè dimicant *Pontificii*: sed labore irrito. Veritatem superiùs dixi. Eam Inferorum portæ non superabunt: *Omnia infidelium opera sunt peccata.* Sic iterum immota stat secunda mea thesis; *Opera bona fiunt tantùm à renatis.*

i Torrensis conf. August. l. 2. c. 3. parag. 11. fol. 108. b.

31 Tertiam mihi suppeditat insequens clausula, *quæ præparavit Deus.*] Thesis hæc esto: *Bona opera ea tantùm sunt, quæ Deus in renatis præparat, facitq; ut faciant.* Explicatiùs dico; *Bona opera* sunt, k nō certè quæ sibi deligunt homines, aut etiam quæ renati agunt ex infirmitate carnis suæ: sed quæ *Deus* ipse per suū spiritū in nobis *præparat*, & *facit ut faciamus. Deus* enim is est, l *qui efficit in nobis, & ut velimus, & ut efficiamus, pro gratuitâ suâ benevolentiâ*: sic *Philippenses* suos, *cap. 2. 13. Sanctus Paulus* edocuit. Cujus benè memor *Augustinus de Genesi contra Manichæos, lib. 2. cap. 22.* in eā ivit sententiam, ut asseveraret, bona opera nostra illi tribuenda esse, qui vocat, qui præcipit, qui viam veritatis ostēdit; qui, & ut velimus, invitat, & vires implēdi ea, quę imperat, subministrat. Unicā agnosco, eámque minimè fallacem bonorum operum normā, seu

k Zanch. in ep. ad Ephes. 2. 10. p. 61.

l Philip. a. 13. Harm. confes. parag. 9. Belg. art. 24. p. 186.

regulam, expressum Dei verbum.[m] Id Christus, & Apostoli vocant legem Dei: quâ aliud nihil volunt intellectum, quàm doctrinam Decalogi.

[m] Chemnic. loc. theol. par. 3. p. 96.

32 Non ab re fuerit, *Lutheri* dictum, quod ille *in sermone de bonis operibus* usurpavit, subtexere; [n] Sicut nihil est peccatum, nisi quod Deus prohibuit: ita nulla sunt *bona opera*, nisi quæ Deus præcepit. Deus ipse in verbo suo, in *Decalogo*, certissimam bonorũ operum semitam, tanquam carbone arrepto ex foculo, nobis delineavit. Ab câ semitâ, immane, quãtùm deflexerunt *Papicolæ*; dũ per cultus electitios, insanásq; ἁγιοδρομίας, iter ad cœlum tetenderunt; dum certis feriis, ac jejuniis; dum fraternitatibus, peregrinationibus, monachismo, cœlibatu, ciborum, vestiũ, dierum discrimine, Sanctorum cultu, sexcentísq; aliis hujuscemodi traditionibus, sese quàm belliſſimè oblectárunt. At eæ omnes, quum humani sint commenta cerebri, partim inepta, partim impia, quantumvis speciosо antiquitatis, sanctimoniæ, aut sapientiæ titulo ornentur, ex *operum bonorum* albo sunt expungendæ. Convelluntur sanè notissimis Spiritûs sãcti dictatis; [o] *Non facietis singuli quod vobis rectũ videtur, sed quod præcipio tibi, hoc tantùm facito, nec minuas, nec addas quicquam.* [p] *In præceptis patrum vestrorum nolite incedere; ego Dominus Deus vester. In præceptis meis ambulate.* [q] *Frustra me colitis docentes doctrinas, & mandata hominum.* [r] *Quis quæsivit hæc de manibus vestris?* Valeant igitur omnia humani ingenii inventa; valeant opera electitia: ut stet immota thesis mea tertia; *Bona opera ea tantùm sunt, quæ Deus in renatis præparat, facitq; ut faciant.*

[n] Chemnic, ibid. p. 98.

[o] Deut. 12. 8. & 32.
[p] Ezek. 20. 18, 19.
[q] Esai. 29. 14. Matth. 15. 9.
[r] Esai. 1. 12.

33 Sequitur thesis mea quarta, & ultima. Ultima hujus

hujus versûs particula eam mihi suggerit, *ut in eis ambulemus*. Hæc esto: *Bona opera ideo sunt in nobis à Deo præparata, ut in eis ambulemus*. Hic finis est bonorum operum: qui, pro varietate objectorum, in varias diffusus est species. Dixi superiùs; Bona opera facienda esse, *respectu Dei, respectu nostri, respectu proximi*. Tot modis in bonis operibus ambulandum nobis est: primò, *à parte Dei*, [f] tùm mandantis, tùm gratitudinem exigentis; ut ipse [t] glorificetur: deinde, *à parte nostri*; ut electionem nostram cõfirmemus, fidem testificemur, officium exequamur, pœnásq; legis violatoribus irrogandas, vitemus: postremò, *à parte proximi*; ut infideles bono exemplo ad fidem & pietatem provocemus; fideléſq; in pietate & fide cõfirmemus. Sic nobis est *in bonis operibus* ambulandum, ut per illa recta semper pergamus, donec in æterna recipiamur habitacula. Explicata est Thesis. *Bona opera ideo sunt in nobis à Deo præparata, ut in eis ambulemus*. Significãter dictum, *ut in eis ambulemus*; non autem, ut per illa justificemur, vitámq; æternam promereamur.

[f] Polan. thes. 2. de bon. oper parag. 15. & Trelcat. instit. lib. 3. p. 220.
[t] Mat. 5. 16. 1. Cor. 10. 31. Phil. p. 1. 11.

34 Immensus hîc datur campus, in quo exultare posset oratio mea, si per tempus *cõtroversiam de bonorum operum meritis* aggredi liceret. Id quum minùs liceat, generatim dico, *nec nos bonis operibus meritoriè justificari; nec operà nostra bona vitam æternam mereri; nec in merito bonorum operum fiduciam collocari posse*. Multa in contrarium disputant *Jesuitæ*, quò incautos illaqueent. At qui *Dei beneficium, hominis officium, operum vel præstãtissimorum impuritatem*, & *Christi meritum* ritè æstimârint, ac dispexerint: nę illi ab insidiis *Jesuiticis* tuti sunt; & instituti satis, ut posthabitis spretísq; suorum operum meritis, ad thronum gratiæ ac-

ce-

cedant: ubi possint propter merita Jesu Christi misericordiam consequi, & ad opportunum auxiliũ gratiam invenire.

Da nobis (æterne Deus) quos pro immensâ tuâ misericordiâ, creasti in Christo Jesu ad opera bona, quæ etiã in nobis præparasti, ut in eis ambulem⁹; da, quæsumus, ut in eis debitè per fidem ambulantes, rectà pergamus semper, donec in æterna illa in cœlis habitacula recipiamur: propter merita Jesu Christi, Domini nostri; cui secum, et cum Spiritu sancto, sit omnis honor, laus, gloria, potestas, & majestas, in secula. Amen.

DE

DE POENA DAMNATORVM

Cap. 5.

Matth. 25.41.

Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus.

VNus est interitus hominis, & jumentorum, & æqua utriusq; cõditio; sicut moritur homo, & illa moriuntur; similiter spirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius. Hæc sunt apud [a] *Ecclesiasten* insipiẽtum verba, si qua sit *Lorino*, [b] *Thaumaturgum*, [c] *Olympiodorum*, & [d] *Aquinatem* citanti, autoritas; si qua fides. Quicquid ea *Salomonis* verba significent, res est minimè dubia, complures istiusmodi insipientes, tam patrum nostrorum, quàm nostri ipsorũ memoriâ extitisse, qui animę immortalitatem, carnis resurrectionem, judicium extremum, & [e] vitam æternam, vel planè negârunt, vel in dubium vocârũt. Philosophi, oratores, poëtæ gentilium fermè omnes [f] in his tenebris jacuerunt. Jacuerunt in eisdem, & aliquammulti Ecclesiæ visibilis alumni; [g] *Archontici*, [h] *Bas-*

[a] Cap. 3. 19.
[b] Comment.
[c] Comment.
[d] 1. qu. 75. art. 6. ad 1. vide Lorinum cõment. & Fay. thes. 29. parag 8. p. 152.
[e] Nahum. cõc. dominic. 25. Trin. p. 847.
[f] Aret. probl. loc. 18.
[g] August. de hær. cap. 20.

h *Basilidiani*, i *Caiani*, k *Carpocratiani*, l *Cerdoniani*, m *Manichæi*, n *Marcitæ*, o *Sadducæi*, p *Seleuciani*, q *Severiani*, r *Simoniani*, s *Valentiniani*, t aliíque: qui omnes, opinionum imbuti pravitate, hæresin eam mordicùs tenuerunt; *nullam fore mortuorum resurrectionem*. Hinc [tanquam ex abyssi fumo locustæ] hodiè in terram exierunt, *Libertini*, *Epicurei*, *Athei*. Hinc præ cęteris infame illud *Ecclesiæ Romanæ* caput, *Johannes 23*. prodigiosa illa opinionum portenta effutivit: *vitam æternam non esse, neq; aliam post hanc*; *animam hominis cum corpore humano, ad instar animalium brutorum mori, & extingui*; *etiam mortuum semel, minimè esse in novissimo die resurrecturum*: hæc, inquam, prodigiosa opinionum portenta [*verbis Concilii* u *Constantiensis utor*] *suadente diabolo dixit, asseveravit, dogmatizavit, astruxit*. Unde meritissimò, *sessione undecimâ* ipsius *Concilii*, *diabolus incarnatus* appellatur.

2 Cæterùm huic *incarnato diabolo*, nostriq; ævi *Libertinis*, *Epicureis*, & *Atheis*, ac demùm omnibus omnium priorum seculorum *hæreticis*, sic in furorẽ abreptis, à sacratissimo Dei verbo, pluribus in locis ora obstruuntur. Nusquam id fusiùs pariter ac ornatiùs factum video, quàm *hoc in capite*, quo omnis judicii illius ultimi processus à Spiritu sancto graphicè depingitur. Judex, judicis tribunal, ministri & apparitores judicii, personæ judicandæ, sententia judicis, sententiæ exequutio: omnia describuntur politissimè. Judex est *Jesus Christus, filius hominis, ver. 31. & Rex, ver. 34.* Judicis tribunal, est *thronus gloriæ, ver. 31.* Ministri, & apparitores judicii, sunt sancti *angeli, versu eodem.* Personæ judicandæ sunt *omnes gentes,*

ver.

h Danæus in Aug. de hęres. c. 4. parag. 3. p. 919.
i Augustin. de hæres. cap. 18.
k Ibid. c. 7.
l Ibid. cap. 21.
m Augustin. de fide contra Manich. c. 40.
n Augustin. de hæres. c. 14.
o Danæus de hæres. ante Christum, p. 911.
p Aug. de hęr. c. 59.
q Ibid. c. 24.
r Ibid. c. 1.
s Ibid. c. 11.
t Hermiani, Hierarchitæ, &c.
u Tom. 4. Cõcil. edit. Nicol. p. 284.

ver.32. oves, & hædi, ver.33. Pii, & impii: pii, operibus misericordiæ pleni; impii, iisdē destituti. Sententia judicis duplex est. *Una*, quâ pii absolvuntur, *ver. 34. altera* quâ impii condemnātur, *ver.41.* Exequutio sententiæ ponitur *ver.46.* Ubi ostenditur bivium illud, quo separabimur olim, qui jam hîc promiscuè vivimus. *Æterna sunt utrinq;; hinc vita*, illinc *pœna. Abibunt isti ad supplicium æternum, justi verò ad vitam æternam.*

3 Summam colligo. Futurum est tandem, nēpe in fine seculi, post mortuorum resurrectionem, universale illud justissimum judicium: in quo *Dominus Jesus* cum sanctis suis angelis, veniens in nubibus cœli, sedénsq; in throno gloriæ suæ, præsentiâ sui corporis visibiliter omnes judicabit, pios & impios, reddétque iis prout in corpore gesserint; his pœnam, illis vitam, utramq; in æternum duraturam. Æternam reddet absolutis vitam, damnatis pœnam.

4 Hunc ego (doctissimi Academici) judicii illius ultimi processum leviter attigi, ut hinc aliquis mihi detur aditus ad pœnas damnatorum pro ratione promissi, ac instituti mei, aliquatenus pensandas. Huc facit illa judicis sententia in impios lata, quam initio mihimet proposui pertractandam, ex *ver.41. Discedite à me maledicti, &c.*]Verba percurro dialogisticè, ex [x] *Episcopo Januensi*, & [y] aliis. Impii in magno illo die, cum audierint dulcissimam judicis sententiam pro piis latam, [[z] *Venite benedicti, possidete regnū*,]coram ipso fatebuntur: Domine, indigni sumus, qui regnum tuum possideamus; attamen tibi placeat, ut possimus ad pedes tuos manere. Tum Judex; Non placet, *Discedite à me.* Hîc impii; Num discedendum est?

[x] Iacob. de Vorag. dominic. in quadrag. ser. 2. ser. 2.
[y] Samuell Gardnier, doomes day. cap. 13. pag. 92. &c.
[z] Mat. 25. 34.

Num repellimur? At benedic nobis. An benedictio
[a] Gen. 27. 33. unica est tibi, Domine? [a] Benedic nobis, nobis quoq; Domine. Tum judex; Piis benedixi, & benedicti erunt: vobis non benedicam; *Discedite à me maledicti.* Hîc impii; Ejicimur, Domine, à conspectu oculorũ tuorum: excludimur maledicti. Quò nos mittis? Mitte nos in locum aliquem refrigerii. Tum judex; Non mittam vos. *Discedite à me maledicti in ignem.* Hîc impii; Quousq; Domine, quousq; igni isto cruciabimur? Tum judex; Cruciabimini die ac nocte,
[b] Apoc. 20. 10. [b] in secula seculorum. *Discedite à me maledicti in ig-*
[c] Gen. 4. 13. *nem æternum.* Hîc impii; Major est [c] pœna nostra, quàm ut sustinere possimus: da miseriarum nostrarum participes, qui nobis alicui sint solatio, ac levamini. Tum judex; Ecce vobis tortores, & unà vobiscum cruciandos, diabolum & angelos ejus. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.*

5 Ut planiùs ac apertiùs damnatoriam hanc sententiam explicem, nihil prius habeo, quàm ut eam in sua membra partiar, ac dividam. Primũ est, à facie Dei
[d] Albert. Mag. postill. [d] separatio, *Discedite à me:* secundum, culpę exprobratio, *maledicti:* tertium, tormenti infinitas, *in ignem æternum:* quartum, horrẽda societas, *qui paratus est diabolo, & angelis ejus. Discedite.*] [e] Ab omni bono, ab
[e] Eckius homil. 4. in dominic. 2. adventu. omnibus gaudiis impii separantur. *Discedite à me;*] [f] A
[f] Lucas Brug. cõspectu meo, à societate, ab amicitiâ, à gaudiis, à bonis meis. *Discedite à me;*] Vitâ, salute, beatitudine, summo, ac solo hominum bono. Sic *Eckius*, sic *Lucas Brugensis.* Facere hîc non potuit Moguntinus ille concionator, *Johannes Ferus*, quin exclamaret; ô infœlix discessio, ô dura separatio, ô miserabilis cõditio, discede-

re

re à Salvatore, à fonte vitæ, à lumine gloriæ beatificantis, à torrente voluptatis inundantis, à plenitudine ubertatis inebriantis. *Discedite à me.*] ô dura sententia! Quid enim aliud est à Deo discedere, quàm in gehennam mitti? Sic eleganter idem *Ferus in Mat. 7. 23.* Nõ indigna mihi videtur & [g] Salmeronis expositio, quæ hùc afferatur: *Discedite à me*, qui sum via, & veritas, & vita: vos autem semper à via aberrastis, mendaciũ dilexistis, & cum morte pactum inistis. *Discedite à me.*

[g] Tract. 41. in parab. Domini. p. 278. 16. 7.

6 *Maledicti.*] [h] Maledicere Dei, est malefacere, punire, odisse: & maledicti sunt quos Deus odit, execratur, punit; quibus nihil boni facit, nihil boni vult. Tales erunt in ultimo judicio hirci [i] petulci, impii, ad sinistram judicis collocati. Iis, quòd Legi Dei non obtemperârint; quòd Evangeliũ respuerint; quòd gratiã Dei ipsis oblatam, pedibus quasi conculcârint; quòd pia Christi membra, infirma, & egentia, nõ modò nõ juverint, sed contrà etiam injuriâ affecerint; quòd mala sua opera, & peccata, nõ modò nõ agnoverint, sed etiam negaverint, sed defenderint; iis, inquam, in die illo dictum erit, *Discedite à me maledicti. Maledicti,*] nõ *patris mei*, [ut suprà, [k] *benedicti patris mei*,] quod [l] multi rectè annotârunt ex *Origene*, & *Chrysostomo*: quia nõ est Deus autor maledictionis, sicut benedictionis. Benedictionem quidem spontè, libẽter, & ex animi propensione, etiam immerentibus impertit; nõ sic maledictionem: ad quam quidem impertiendam, tãquam ad [m] extraneum, & alienũ opus faciendum, exurget Dominus; sed quasi invitus, tantùm ut justitiæ suæ satisfaciat. Est igitur maledictio, nõ tàm ex Deo autore, [n] quàm ex diabolo, & propriâ hominis voluntate. Quicunq; maledictione digna operatus fuerit, erit is

[h] Lucas Brug.

[i] Nahum. cõc. in dominic. 26. Trin. p. 854.

[k] Vers. 34.

[l] Iansenius, Maldonatus, Luc. Brugens. Salmer. &c.

[m] Esai. 28. 21.

[n] Salmeron.

sibiipsi autor maledictionis, & ejectionis à facie Domini in ignem. *Discedite à me maledicti.*

7 *In ignem.*] Qui ignem caritatis abjeciſtis, qui ignem proprii amoris, ſenſúſq; nutriviſtis; qui ignẽ diſcordiæ inter fratres non extinxiſtis, *Diſcedite in ignẽ. In ignẽ,*] id eſt, Salmerone interprete, in carentiã regni, & beatitudinis; vel in pœnam ſenſûs acerbiſſimam. Quùm [o] pœnæ, quas in inferno maledicti pendent, multiplices erunt; quæri poteſt, cur in hâc tàm univerſali judicis ſententiâ, unius ignis facta ſit mentio. Reſpondet *Caietanus* id fieri, propter ſupplicii vehementiam. Ignis enim inter omnia vehementiùs corpora cruciat: quò ſpectat & illud [p] *Abulenſis; In afflictivis, nihil eſt nobis tam terribile, quàm ignis.* Qualis iſte ignis ſit in ſpecie, ignorare [q] præſtat, quàm experiri. Hoc in præſenti perſuaſiſſimum habeo, tam horribile futurum ejus tormentum, tantúmq; cruciatum; ut nullius elementaris ignis, quantûvis denſiſſimi vehementia, ullo pacto, ullâve ex parte, cum eo comparari queat.

[o] Magdeburg. cent. 1. lib. 1. cap. 4. col. 214

[p] In cap. 25. Matth. qu. 403.

[q] Hunnius in Mat. 25. p. 811.

8 Stupendam agnoſco ſupplicii in igne iſto perferẽdi atrocitatem, quæ mihi quidem augeri videtur ex adjunctâ infinitate; *Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum,*] æternum κατὰ χρησικῶς, non verè, nõ propriè. Etenim *verè*, ac *propriè* [r] *æternum* illud dicitur, quod non ſolùm neque principium ſui eſſe, neque finem habet: verùm etiam quod tale ſit, ut in ſuâ naturâ nihil habeat prius, nihil poſterius. Quo ſenſu ſolus Deus *æternus* eſt. At *æternum* κατὰ χρησικῶς ego nunc appello, quod etſi principium habuerit, & mutationi ſit obnoxium, finem tamen non eſt habiturum. Sic omnes ſpiritus, animæ noſtræ, cœlum, infernus, & alia

[r] Zanc. de attrib. l. 2. c. 3. qu. 1. p. 65. 2.

ἀιώνια, ἀΐδια, *æterna* vocantur. Sic diriſſimus ille cruciatus, quo urentur impii in inferno, τὸ πῦρ τὸ ἀιώνιον, ignis [s] *æternus* hoc in loco appellatur. Qui & hîc dicitur;

[s] Auguſt. tom. 6. de nat. boni, c. 39. Toſtat. in Matth. 25. qu. 404.

9 *Paratus diabolo, & angelis ejus.*] *Paratus* à Deo [t] Patre, [u] ex æterno abſolutæ reprobationis decreto. *Diabolo, & angelis ejus.*] Deus enim [x] ab æterno conſtituit, angelos lapſuros in bono non confirmare, & de cœlo deturbatos, beatitudine æternâ, unà cum capite, & principe illorum, diabolo, excludere. Conſtituit Deus, & factum eſt; *Projectus eſt Draco ille magnus, ſerpens ille antiquus, diabolus & Satanas, projectus eſt in terram, & angeli ejus cum eo, Apocalyp. 12. 9.* Nunc *Chriſtus* & *diabolus* [y] ſunt duo quædam capita, ſunt duo principes ita diviſi, ut quiſquis ad *Chriſtum* non pertinet, pertineat ad *diabolum*. Et æternùm ad *diabolum* pertinebunt, quibus, in magno illo die, ad judicis ſiniſtram collocatis, dictum erit; *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus.*

[t] Beza annot. major.
[u] *Contra Hunnii annotationem.*
[x] Polan. theſ. 2. loc. 8. parag. 59. p. 154.
[y] Muſculus comment.

10 Hactenùs (auditores candidiſſimi) verba ſententiæ iſtius damnatoriæ, eâ, quâ potui, brevitate percurri. Id mihi nunc incumbit, ut de pœnis damnatorum theſes quaſdam mihimet proponam, more meo, perquàm brevitèr diſcutiendas. Theſis 1ª, [z] *Uniuſcujuſq; impii anima, ſeparata à corpore, ſtatìm in ſuum migrat locum*; ſuum dico, qui ei debetur, tùm ex prædeſtinatione, tùm ex infidelitate, & inobedientia; hoc eſt, in infernum. In infernum migrat, & ſtatim poſt ſeparationem à corpore. De *Coracho, Dathane*, & *Abiramo*, qui maledico ore convitia in *Moſen*, & *Aaronem* jecerant, ſcriptum eſt *Num. 16. 33. eos vivos deſcendiſſe in infer-*

[z] Zanch. in 2. Theſ. 2. 12. Bucan. loc. 40. p. 455.

infernum. In infernum, hoc est, in sepulchrum, quoad corpus; & in locum damnatorum, quoad animã. De impiis apud *Jobum, cap. 21. 13.* asseritur; *ducere eos in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendere. Ad inferna*, hoc est, ad sepulchrum, quoad corpus; & ad locum damnatorum, quoad animã. De divite illo apud *Lucam, cap. 16.* qui purpurâ & byssо indutus, quotidiè, & splendidè epulabatur, legimus in vulgatâ Latinâ ad *vers. 22. eum sepultum esse in inferno. In inferno*, hoc est, in sepulchro quoad corpus, & in loco damnatorũ quoad animam.

11 Duo agnoscimus Dei omnipotentis de impiis judicia; primum,[a] particulare, antecedens, temporale, & occultum, quod singulorũ est, tempore, die, horâ, momento mortis cujusq;; quo Deus impiorum animas Satanę torquendas tradet. 2[m], universale, extremum, manifestum, finale, cõsummatum, & ęternum; quod fiet in extremo die resuscitatis corporibus. De priore verissimum est, *uniuscujusq; impii animam, separatam à corpore, statim migrare in infernum*: sicut cõtrà, *uniuscujusq; pii animam, à corpore separatam, statim in cœlum migrare* credimus. Locus tertius non datur. Duo sunt omnia.[b] Duo hominum genera, electi & reprobi, oves & hœdi, *Mat. 25. 32.* Duæ hominum conditiones, maledictio, & benedictio, *Deut. 28. 2, 15.* Duæ viæ, lata & stricta, spacioſa & angusta, *Matth. 7. 13, 14.* Duę manus judicis, dextera, & sinistra, *Mat. 25. 33.* Duo loci, sinus Abrahæ, & tartarus, *Luc. 16. 22.* & mercedes duæ, regnũ & ignis, *Mat. 25. 34, 41.* Quũq; hæc omnia duo sint, tam claris sacræ paginæ nos evicti testimoniis, duo item credimus, & docemus. Primum;[c] animas eorum, qui in fide Christi moriuntur,

[a] Bucan. loc. 38. p. 416.

[b] Danæus, Ifag. Chr. par. 5. de Homine lib. 3. cap. 48. fol. 146.

[c] Beza epist. 82. ad Rhutenos. p. 298.

tur, ſtatim cum *Jeſu Chriſto* capite ſuo colligi in paradiſo, in cœlis; ibiq; jam nunc reipſâ frui æternâ illâ ineffabili beatitate, ſed pro ſuo modulo; tantiſper, dũ rurſus corporibus ſuis adjunctæ perfectiſſimè glorificentur. Secundum: animas eorum, qui extra Chriſtum moriuntur, jam tum in locum æternis illis ignibus deſtinatum mitti; ubi (quantùm & quomodo, Deus novit) crucientur, tantiſper dum ultimus ille dies plenæ ipſorum condemnationis adveniat.

12 Quæ duo ſcitè quidem atq; aſſeveratè poſita video ab [d] incomparabili illo Eccleſiæ priſcæ doctore, invictóq; propugnatore, *S. Auguſtino, in ſermone 18. de verbis Apoſtoli:* [e] *Duæ*, inquit, *ſunt habitationes; una in igne æterno, altera in regno æterno.* Idem *tractatu 49. in Johannem* affirmat, *animas hominum, quum de ſeculo exierint, diverſas ſuas receptiones habituras; gaudium boni, & tormenta mali.* Et *Hypognoſticôn lib. 5. contra Pelagianos* (ſi tamen opuſculum illud *Auguſtini* ſit) ſic ait: *Duo loca fides Catholica divinâ autoritate credit: primum, regnum cælorum; ſecundum, gehennam; tertium penitùs ignoramus, immò nec eſſe in Scripturis ſanctis reperimus.* Quid planiùs dici potuit? Duæ ſunt animarum poſt hanc vitam habitationes; duæ receptiones; duo loca: tertium ignoramus.

[d] Sic appellatur ab Eraſm. epiſt. ad Archiep. Tolet. præfixa tom. 1 operum Auguſtini.

[e] Fay. theſ. 63 parag. 39. p. 294.

13 At Papicolæ nõ tertium tantùm, ſed & quartum, etiam quintum invexerunt. *Cælo*, beatorum ſedi, & *inferno*, damnatorum receptaculo, annumerant illi non tantùm *purgatorium*, ſed & *ſinum Abrahæ*, etiam *limbum puerorum.* Sic illi *infernum* miſerè diſſecuerunt. *Bellarminus* [*de purgatorio lib. 2.* [f] *cap. 6.*] ex communi Scholaſticorum conſenſu, quatuor eſſe *inferni* partes annotavit; *unam damnatis aſſignatam, alteram*

[f] Parag. Octava.

purgandis, tertiam pueris absq; baptismo decedentibus, quartam Patriarchis ante adventum Christi mortuis. Primam, & profundissimam, vocat *infernum damnatorum*; secundam priori vicinam, *purgatorium*; tertiam adhuc superiorem, *limbum puerorum*; quartam, supremam, *limbum Patrum*. Divisionis sufficientiam ex variis pœnarum generibus astruit. Omnis *pœna* est, aut *damni tantùm*, aut *etiam sensûs*; & rursus, aut *æterna*, aut *temporalis*. Pro pœna solius damni æternâ, est *limbus puerorum*; pro pœna solius damni temporali, erat *limbus Patrum*; pro pœna damni, & sensûs æternâ, est *infernus*; pro pœna damni, & sensûs temporali, est *purgatorium*.

14 Utramq; distinctionem, tùm hanc de pœnis, tùm illam de inferni receptaculis, meritò respuimus; quia utraq; divinæ veritati adversatur, & reclamitat. Distinctionem de pœnis, pœnâ sensûs, & pœnâ damni, vel [g] καταχρηστικὴν, vel ineptam esse affirmamus. Si quis enim sensus sit infantibus, in fictitium illum *puerorum limbum* detrusis, quomodo non sentiunt longè gravissimum illud damnum, quod secum affert exilium perpetuum à regno cœlorum? sin expertes sint sensûs, ecquid damni faciũt ex jactura rei, quam prorsus ignorant, quæq; nihil ad eos pertinet? Verùm, de reipsa ita demum sentimus; [h] omnes omninò homines, sine ullo ætatis discrimine, tam infantes, quàm adultos, æternæ morti adjudicatos, pœnam tùm *damni*, tùm *sensûs* experiri acerbissimam.

g Tilenus syntagm. disp. 56. parag. 45. p. 476.

h Trelcat. inst. lib. 3. de peccato par. κατ. p. 197.

15 Distinctio illa altera de quatuor illis inferni habitaculis, æquè vana est, & futilis. Quod asserunt de *inferno damnatorum*, esse quidem locum aliquem à cœlo beatorum quàm remotissimum, & à Deo alienissimum

nissimum, haud inficias imus. At de isto infrà dicetur. Reliqua tria receptacula, nempe *duo limbi, Patrum, & puerorum*, ac *purgatorium*; tametsi magnos autores habent, & hodiè quoq; à multis seriò pro veris defenduntur: nihil tamen sunt, quàm somnia, quàm fabulæ, quàm anicularum deliramenta. Ad lucem veritatis divinæ singula jam evanuerunt, & in nihilum sunt redacta. Divinæ veritatis est; *Uniuscujusq; pii animam, separatam à corpore, statim in cœlum migrare*; ergo nūquam fuit *limbus patrum*, ergo non est *purgatorium*. Ejusdem veritatis est; *Uniuscujusq; impii animam, separatam à corpore, statim migrare in infernum*: ergo neque est *limbus puerorum*. Impiè igitur Pontificii, [i] regiones, limites, & confinia inferorum determinârunt. Impiè, quia contra Scripturas; quæ unius tantùm inferni meminerunt; ejus scilicet, ubi *ignis æternus* est, *paratus diabolo, & angelis ejus*. Sic contra Pontificios fixum est, ratúmq;, quod thesi meâ primâ affirmavi; *Uniuscujusq; impii animam, separatam à corpore, statim migrare in infernum*.

[i] Sutlivius instit. pag. 36.

16 *Statim* migrare dixi? Dixi; ut & hinc coarguantur *Arabici*, qui adulterinis suis opinionibus *Ecclesiæ* pacem rumpentes, docuerunt, animam ipsam hominis unà cum corpore in præsentia mori, atque interire, & aliquando tandem in resurrectione futurâ unà cum corpore suo revicturam esse, ac de cętero ad immortalitatem conservatum iri. Pestiferi istius *Arabicorum* dogmatis meminerunt *Eusebius*, *Eccles. hist. lib. 6. cap. 36. Nicephorus* etiam *Eccles. hist. lib. 5. cap. 23.* & *Augustinus libri de hæresibus cap. 83.* Ferax hæreseôn Arabia, protulit *Arabicos*, eos ipsos, nisi fallor, quos [k] *Damascenus libro de hæresibus*, θνητοψύχιτας indigitat;

[k] Danæus in Aug. de hæres. cap. 83. p. 1009

gitat; ἀνθρωψυχίτας, quasi dicas *animimortales.*

[l] Danæus ibid. p. 1010.

17 Et hinc coarguuntur *Arabicis* affines, [l] *Psychopannychitæ*, seculi superioris hæretici, qui etsi animas cum corporibus dissolvi, vel mori non putárunt: eas tamen cum corporibus in sepulchris suis, dormire, & stertere, ad diem usq; extremi judicii, & novissimæ resurrectionis asseruerunt. De cujus assertionis impietate viri doctissimi, [m] *Calvinus in Psychopannychia*, [n] *Petrus Martyr in 1. Cor. 13. 12.* & [o] *Danæus Isagog. Christianæ part. 5. lib. 1. cap. 19.* non solùm sentētiis copiosè, sed verbis etiam ornatè sic disseruerunt, ut eam jam penitùs explosam, ejectámq; reddiderint. Nihil opus est, ut ego vel verbum addā. Satis habeo qui jam thesin meam primam firmârim; [l] *Animam cujusq; impii animam, separatam à corpore, statim migrare in infernum.* Sequitur secunda.

[m] Tractat. theol. par. 2. p. 499.
[n] Loc. comm. class. 3. cap. 14 parag. 15. p. 683.
[o] Fol. 20. a.

18 *Impii omnes, cujuscunq; sexûs et ætatis, tùm corporibus, tùm animabus, post ultimum judicium cruciabũtur in inferno.* Explico. *Impii omnes:*] omnes, sine exceptione, *cujuscunq; sexûs, & ætatis:*] masculi, ac fœminæ, infantes & adulti, qui à condito mundo usq; ad finem seculi mortui fuerint, animabúsq; in *infernũ* detrusis, pœnas delictorum exolverint, in die novissimo ad tubę cantum exurgent, ad judicis tribunal sistendi, ubi plenam condemnationis suæ sententiã recipiant, ut postmodùm *tam corporibus, quàm animabus æterna luãt supplicia.* Certus hic est ἡ τῶν ἀδίκων ἀνάστασις, [p] *resurrectionis injustorum* finis. Clarè ad meũ sensum *B. Paulus 2. Cor. 5. 10. Omnibus coram tribunali Christi cõparendum est; injustis quidem, ut unusquisq; reportet, quæ in corpore fecerit, congruenter ad malum id, quod fecerit.* Æquè clarè Servator, *Joan. 5. 28. Veniet hora, quâ omnes*

[p] Act. 24. 15.

qui

qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & prodibunt, qui mala fecerint, in resurrectionem condemnationis. Nec obscurè idem *Mat. 25. 46.* de injustis pronuntiat; eos post resurrectionem *ad supplicium æternũ abituros.* Clarissima sunt isthęc S. Spiritûs effata, planéq; demonstrant impios, quorum animæ tantùm nunc in *inferno* cruciantur, è sepulchris tandem in novissimo illo die prodituros in resurrectionem judicii, ut corporibus quoq; suis, æternis in *inferno* cruciatibus addicantur. Atq; hoc ego in thesi volebam.

19 Injectos hîc video duos scrupulos, qui nunc eximendi. Scrupulus primus est, de *resurrectione impiorum.* [q] Resurrectio Christi est causa nostræ: nostráq; est illius singulare beneficium. Quia Christus resurrexit, & nos resurgemus. Resurrectio [r] in capite facta, fiet & in membris. Christus caput est, nos membra sumus. Nos igitur haud dubiè resurgemus. Num sic impii, indubitata diaboli membra? *Resurgent et impii.* Resurgent, [s] non beneficio, non virtute, non efficaciâ *resurrectionis Christi:* sed *divini decreti necessitate.* Decretum ipsum promulgatur *Gen. 2. 17. Quacunq; die ex illo fructu comederis, morte morieris.* Quo quidẽ utraq; mors comprehenditur: *corporalis, sive temporaria,* quæ *prima* dici cõsuevit; & *æterna,* quę [t] *secunda* dicitur. Ad hanc secundam mortem, mortem æternã, resurgent impii, non propter *resurrectionem Christi,* sed propter *decretum Dei.* Resurgent impii in conditionem [u] illam ineffabilem, & miserrimam, divinitùs ipsis destinatã; quâ tùm animæ, tùm corpora eorum æternis pœnis justissimè addicentur. Atq; hæc de primo scrupulo.

[q] Vrsin. explic. catech. de liber. hom. qu. 57. parag. 9. p. 381.
[r] August. in psal. 65.
[s] Bucan. loc. 37. p. 419.
[t] Apoc. 2. 11. & 20. 6. 14.
[u] Trelcat. inst. lib. 3. p. 225.

20 Secũdus est de *futuro impiorum judicio:* eum injecerunt verba Domini, *Johan. 3. 18.* ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκρι-

κέκριται. *Qui nõ credit* [impius] ἤδη κέκριται, *iam judicatus est*: non dicitur, κρίνεται, *judicatur*, ſed ἤδη κέκριται, *jam judicatus eſt*; id eſt, expoſitore *Maldonato*, nõ ſolùm ſubjectus eſt condemnationi, ſed jam eſt etiam condemnatus. *Impii jàm judicati ſunt*; *jam ſunt cõdẽnati*. Quonam igitur ſenſu dicuntur in ultimo die reſurrecturi ad judicium, & ad condemnationem? Dicam. Utrũq; verum eſt; *Impii jam ſunt judicati*; &, *Impii in die illo judicabuntur*. *Impii jam ſunt judicati*; primò [x] decreto Dei, ſecundò in verbo decretum revelante, tertiò ſuis ipſorum cõſcientiis, quartò inchoatione. Et *in illo die judicabũtur*; Primò, quia tunc fiet manifeſtatio judicii Dei, quòd ſcilicet juſtè pereant qui pereunt. Secũdò, quia tunc eorum corpora, quæ nunc jacent in ſepulchris, [y] immortalia, & incorruptibilia quidem, paſſibilia tamen reſurgent, ut pro merito ſuo poſſint [z] in igne æterno, in ſempiternum cruciari. Tertiò, quia tunc toti, & integri, animabus, & corporibus, cũ Satanâ capite ſuo, & ſceleratis ipſius angelis, infinitis in *inferno* ſuppliciis coërcebuntur. Exempti ſunt ſcrupuli: ſtátq; immota theſis mea ſecunda; *Impii omnes, cujuſcunq; ſexûs, & ætatis, tùm corporibus, tùm animabus, poſt ultimum judicium cruciabuntur in inferno*. De inferno iſto erit theſis mea tertia:

x Vrſin. ubi ſuprà. qu. 52. parag. 7. p. 320.

y Bucan. loc. 37. p. 423.

z Harm. conf. parag. 6. Belg. art. 37. p. 115.

21 *Infernus damnatorum eſt locus certus, à cælo beatorum quàm remotiſſimus, & à Deo alieniſſimus.* Inferni tria ferè ſunt in ſacris literis [a] ſignificata. Significat primò, [b] *ſepulchrũ*. *Jacobus* Patriarcha propter *Joſephũ* ſuũ amiſſũ, in ſummã animi triſtitiã cõjectus, *Gen. 37. 35.* ſic ait, *Deſcẽdam ad filium meum lugens ad infernum*; ad *infernum*, id eſt, ad ſepulchrũ. Hic dolor, hic triſtis caſus amiſſi mei filii, erit mihi cauſa mortis, ne-

a Vrſin. Explic. catech. de liberat. hom. qu. 44. parag. 1. p. 274.

b Illyricus in clavi, verbo, infernus.

ci

ci me dedet, me interficiet, me deducet ad ſepulchrũ. [c] A planctu non ceſſabo, donec in ſepulchrum deſcẽdero: [d] lugere non deſinam, ô reliqui mei filii, donec vos me ſepulturæ mandarîtis. Hæc eſt ejus loci Hebręorum expoſitio: ad quam quidem firmandã, mentem ſuam, & aſſenſum appuliſſe, *Albinum*, *Eugubinũ*, *Caietanum*, *Vatablum*, *Pagninum*, *Lippomanum*, *Paulum Fagium*, *Oleaſtrũ*, alióſq;, teſtis mihi eſt [e] *Pererius*. Quibus ego annumero *Iſidorum Clarium*, [f] *Abulenſem*, & [g] *Chriſtophorum à Caſtro*: ut teſtatiſſimũ ſit, eò loci *infernum* poni pro *ſepulchro*. Nec eò loci tantùm id fit, ſed & in [h] aliis multis à *Caſtrenſi*, *commentar. in cap. 2. Apocryphi Baruch* citatis. Quod etiam fatetur *Abulenſis*, *comment. in 3. Reg. 2.* ubi haud obſcurè dicit *infernũ communiter poni pro ſepulchro*. Hoc primum fuit ſignificatum.

[c] Abulenſ. in Gen. 37. fol. 351.

[d] Chriſtoph. à Caſt. in Baruch. 2. 6. pag. 1031. a.

[e] Tom. 4. in Geneſ. cap. 37. diſp. 8. n. 92. p. 503.

[f] In Geneſ. 37. fol. 351. & in Num. 16. qu. 20. fol. 236. & in 3. Reg. 2. fol. 19.

[g] Vbi ſuprà.

[h] Gen. 44. 29. Pſal. 29. 4. Pſal. 87. 4. Iob. 17. 13.

22 Secundò, *infernus* [i] ſumitur anguſtiùs, pro loco, ſpecialiter damnatis, & diabolis, in pœnam deſtinato. Sic accipitur in hiſtoria *divitis* & *Lazari*, *Luc. 16. 23*. De ſignificato iſto inter omnes ferè conſtat. Tertio loco, [k] & quidem per metalepſin, accipitur *infernus* pro ſummo animi, & conſcientiæ cruciatu, pro [l] ſummis anguſtiis, & doloribus, pro ſenſu irę Dei in nos acerbiſſimo, ut *Act. 2. 31*. Varia iſthæc *inferni* ſignificata ii latiùs perſequuti ſunt, qui eum fidei *Chriſtianæ* articulum, de *Chriſti* ad inferos deſcenſu, diligẽter, & cogitatè ſcriptis ſuis explanârunt. Mihi ſatis ſit, vel attigiſſe. In theſi meâ accipitur *infernus*, ſecundâ ſignificatione; pro loco ſpecialiter hominibus damnatis, & diabolis, in pœnam deſtinato.

[i] Danęus. Iſag. Chr. par. 4. lib. 6. cap. 11. p. 643. Vrſinus ubi ſuprà.

[k] Danæus ubi ſuprà.

[l] Vrſinus ubi ſuprà.

23 *Infernum* hunc apud Judęos variis appellari nominibus ſcribit *Petrus Galatinus de arcanis Catholi-*

cæ veritatis lib. 6. cap. 7. שאול infernus, Psal. 16. 10. אבדון perditio, Psal. 88. 12. בור שחת puteus corruptionis, *Psal. 55. 24.* בור שארן puteus tumultûs, vel mugitûs, *Psal. 40. 3.* יש היון lutum fæcis, *Psa. 40. 3.* צל מות umbra mortis, *Psa. 107. 14* ארן תחתית terra contritionis, vel pavoris, vel terra inferior, *Ezekiel 31. 14.* & גיהנם vallis profunda. Nomina ista quàm rectè *inferno* attribuantur, non vacat tantis hujus tẽporis anguſtiis diſquirere. Primũ illud שאול reliquis uſitatius eſſe affirmat *FEV-ARDENTIVS, Theomachiæ Calviniſticæ lib. 14.*[m] *cap. 1.* ibíq; plenus querelarum in nos acerbiùs invehitur, quòd tam vocẽ Hebraicam שאול, quàm Græcam ᾅδης, & Latinam *infernum*, vitioſè ſic in alienas detorqueamus ſignificationes, ut inde promptum *atheis* relinquamus negare, ullum eſſe locum pœnarum ęternarum poſt vitam iſtam, ſicq; ad omnem impietatem, & impuritatem hominibus fræna relaxemus.

[m] P. 172. a.

24 Siccine Feu-ardẽti? Nóſne eas voces שאול, ᾅδης, & *infernum*, in alienas ſignificationes vitioſè detorquemus? Quas tandem ſignificationes dicis? quòd eis aliquando *ſepulchrum* deſignari cõtendimus, hoccine te mordet? Nihil minùs. Video quid rei ſit. qui aliquibus in locis שאול, ᾅδης, & *infernũ*, pro foveâ, tumulo, & ſepulchro poni volumus, nequiter à *Minorita* in judicium hæreſeos arceſſimur, tanquam ſi ubivis ita poni aſſereremus; atq; de nullis aliis *inferis*, quàm de foveis, tumulis, & ſepulchris, in quibus corpora computreſcunt, cogitaremus. Hoc ipſum crimen doctiſſimo *Bezæ* impingit *Bellarminus*, [*de Chriſto lib. 4. cap. 10.*][n] eum nempe cõtendere, verbũ שאול [quod Græci ᾅδης, Latini *infernum* vertunt] ubiq; accipi pro

[n] Parag. Iam verò.

ſepul-

ſepulchro. At hoc merum eſſe *Bellarmini* commentum oſtendit acutiſſimus *Bezæ* defenſor, o *Franciſcus Junius*. Quin etiam agnoſcit ibidem p *Bellarminus*, ipſum *Bezam* in libro contra *Brentium* שאול aliquãdo exponere per *infernum*; ſicut & ᾅδης in hiſtoria *Lazari, & divitis, Luc. 16.*

o Animadver. in cont. 2. lib. 4. cap. 10. parag. 4. & par. 10.

p Parag. At in.

25 Cæterùm, quicquid שאול & ᾅδης ſignificent, falſiſſimum eſt quod aſſerit *Feu-ardentius*; nos earum vocum depravatione, *inferni* memoriam, fidémq; funditus evertere. Ludítq; operam tam ipſe, quàm *Bellarminus*, quum in eo multi ſint, ut doceant *inferos eſſe, inferos eſſe loca certa, inferos eſſe loca certa à ſepulchris diſtincta*, & ſimilia: quæ nos pari autoritate, & fidentiâ credimus, ac docemus; uti patet in theſi mea; *Infernus damnatorum, eſt locus certus à cælo beatorum quàm remotiſſimus, & à Deo alieniſſimus.*

26 *Infernus damnatorum eſt locus certus.*]*Certum* dicimus, ne phanatici cujuſdam erroris maculâ aſperſi videamur, cujus refutationem aggreſſus eſt *Feu-ardentius libri citati* q *capite tertio*. Error hic fuit; *inferos eſſe per totum orbem diffuſos*: ac *Brentii* fuit *libro de omnipræſentiâ carnis Chriſti*. Verba ejus; *Ubicunque fuerint tentati de æterna ſui damnatione in hac vita, ibi infernus ſit neceſſe eſt*. At verò tentati hujuſmodi ubique ſunt: ergo & *infernus* ubiq; eſt. Errorem ſuum ut confirmet, addit, *infernum non eſſe locum à cælo diſcretum, ſed dejectionem, & horrendam miſeriam ubique ſignificare*: quo eum adeò irretitum reperio, ac implicitum, ut in r *libro de divina majeſtate Chriſti contra Bullingerum*, in has voces eruperit; *Scimus quidem autoritate Scripturæ eſſe infernum: ſcimus tam diabolos, quàm impios, & impœnitentes homines perpetuò in eo*

q Pag. 179.

r Pag. 160.

torquendos; ſed ubi Scriptura definit hunc infernum certo loco? Ubi collocat eum localiter, & corporaliter, vel intra, vel infra hanc terram? Hæc veſtra ſunt, Bullingere, commenta, non Scripturæ documenta. BRENTIANA iſta ſomnia ego nihil moror. Ea quàm evanida fuerint, quámq; inania, vir clariſſimus, ac inſtructiſſimus Theologus, *Theodorus Beza in* [f] *reſponſo ſuo* ad alteram *Brentiani* libri partem, de aſcenſu Domini *Jeſu Chriſti*, fuſe & eleganter, demonſtravit. Ergo age *Feu-ardenti*, hîc vobis dextras ſocietatis damus; unà docemus, *infernum damnatorum eſſe locum certum.*

[f] Pag. 599.

27 At ubinam gentium eſt certus hic locus? *Sub terra*, [t] inquiunt; *circa* [u] *meditullium*, ſeu [x] *centrum terræ*. Nos de [y] centro terræ minimè argutamur. *Infernum* eſſe credimus; [z] *ſubterraneum* eſſe, contentioſè non repugnamus. At hîc ab acutiſſimis meis, *Minoritâ*, & *Jeſuitâ*, ſciſcitari vellem, ubi tandem futurus eſt *infernus*, cum terra eſſe deſierit. At eſto (quando ita volunt) [a] *ſubterraneus*; eſt certè [b] *alicubi*, nec *ſupernus* locus, ſed *infernus*; *infrà* eſt, atque ut in theſi dixi, *à cælo beatorum quàm remotiſſimus, & à Deo alieniſſimus*. Etenim inter *ſinum Abrahæ* & *infernum*, χάσμα μέγα ἐστήριχται, *vorago vaſta, firmo, & immutabili Dei robore, eſt conſtituta, Luc. 16. 26.* Et *in infernum detrudi* dicuntur ii, qui in eum projiciuntur, tanquam in locum quendam, ratione noſtri, & cœli, infimum. Et beſtia illa in *Apocalyp. 17. 8.* ex abyſſo dicitur ἀναβαίνειν, *aſcendere in terram*. Eſto igitur abyſſus illa, [ſive ἅδης, ſive *infernus*,] eſto locus *ſubterraneus*. Idcóne eũ ponemus circa *meditullium*, ſeu *centrum terræ*? Hîc ſilet Scriptura, & ego ſilebo: et ſileamus omnes; demúſq; operam ne in eum locum, ubi ubi fuerit, leonis illi-

[t] Feu-ardent. Theom. l. 14. c. 3. parag. 4. p. 181. Bellar. de Chriſto, l. 4. c. 10. parag. Quarto.

[u] Feu-ardent. ubi ſuprà.

[x] Bellarm. ubi ſuprà. parag. Accedat.

[y] Jun. animad. in contr. 2. l. 4. c. 10. par. 3.

[z] Ibid. parag. 27.

[a] Danæus Iſag. Chr. par. 4. lib. 5. c. 13. p. 646.

[b] Bucan. loc. 40. p. 454.

illius rugientis unguibus unquã pertrahamur. Nósq; sobriè sapere ex Dei verbo satis sit; eóque contenti, quod Spiritus sanctus nobis aperit, firmiter teneamus, quod thesi meâ tertiâ posui; *infernum damnatorum esse locum certum, à cælo beatorum quàm remotissimum, & à Deo alienissimum.* Sequitur quarta.

28 *Homines damnati, cum diabolis, post ultimum judicium, in infernum detrusi, igni æterno torquebuntur.* Hic est impiorum post hanc vitam [c] status omnium infœlicissimus. Omni spe Deum videndi in perpetuum orbati, in *ignem æternum* ad inferos, unà cum *diabolis* deturbabuntur. Hæc ferè in antedictis jam plana feci. Paucula tantùm de *igne æterno* videntur attexenda. Ad delineandam quodammodo pœnarum infernalium atrocitatem, frequens occurrit in sacro Dei verbo ignis mentio. *Fornax ignis, Matth. 13.42. gehenna ignis, Mat. 18.9. ignis inextinguibilis, Luc. 3.17. zelus ignis, Heb. 10.27. stagnum ignis, Apocal. 19.20.* & hoc in loco *ignis æternus.* De *igne* isto scio à multis argutè fuisse disputatum. Quæsitum est inter *Scholasticos*; Utrùm *ignis inferni*, quo corpora dãnatorum cruciabuntur, *sit sensibilis, corporeus, materialis, verus ignis.* Affirmârunt [d] *Lombardus*, [e] *Aquinas*, [f] *Bonaventura*, & quotquot in eorum verba jurârunt, omnes fere recentiores [g] *Scholastici.* Affirmârunt & sancti Patres, [h] *Augustinus*, & [i] *Hieronymus*: & è Theologis nostris [k] *Zanchius*, [l] *Musculus*, & [m] *Magdeburgenses.* Ego, quum ante [n] decennium verba illa, πυρὸς ζῆλος *in ver. 27. cap. 10. ep. ad Hebræos* publicè pro concione explicarem, in aliam ire visus sum sententiam, [o] *Damascenum*, (quorundã judicio, *Hieronymo*, & *Augustino antiquiorem*) sequutus. Ille, *orthodoxæ fidei*

[c] Polan. partit. lib. 1. p. 56.
[d] Sent. 4. dist. 44. parag. f. g.
[e] In sent. 4. dist. 44. qu. 3. art. 2.
[f] In sent. 4. dist. 44. art. 2. qu. 1.
[g] Dom. Banes in 1. Thom. q. 64. art. 4. &c.
[h] De civit. Dei lib. 21. cap. 10.
[i] Ep. ad Avitũ.
[k] De oper. Dei par. 1. l. 4. c. 19. & in 2. Thes. 1.
[l] Comment. in Mat. cap. 25
[m] Cent. 1. l. 1. cap. 4.
[n] *Anno Domini 1599. Martii 29.*
[o] *Qui floruit sub Theodosio seniore anno Dom. 390. ut volunt Volaterranus, Vincentius Beluacensis, Antoninus, Tritemius, & Nauclerus; quanquam alii claruisse aiunt sub Leone 3. anno Domini 730. &c. Posteriorem sententiam veriorem puto.*

lib.4.cap.28. expressis verbis asserit; *in judicio ultimo traditum iri diabolum, & dæmones ejus, & hominem ejus, id est, Antichristum, & impios, ac flagitiosos in ignē æternum, οὐχ ὑλικὸν, διον τὸ παρ' ἡμῖν, non materialem, qualis est apud nos, sed qualem Deus novit.* Sic *Damasceno* ignis inferni, οὐχ ὑλικὸς, non est materialis.

29 In quam sententiam eò libentiùs tum inclinabā, quòd ea mihi in sacris literis haud obscurè tradi videretur. De cruciatibus damnatorum sic ait Dominus, *Esai.66.24. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Quæ verba ter habemus à *Domino* Jesu repetita in *Evangelio secundum Marcum, cap.9.44,46,48.* Quum toties conjungantur *ignis* & *vermis*, mihi palàm est, eandem esse utriusq; rationē. Jam verò in *vermis* nomine omnium consensu metaphora recipitur: idem igitur & de *igne* sentiendū; *ignem inferni* esse *metaphoricum*, & *immaterialem*: id est, *ignis* nomine, pro ruditatis nostræ captu, horribile illud tormentum notari, quod omnes impios in futuro seculo manebit. Ab hac aliquando ego steti sententiâ, & in finem usq; mihi standum censeo, nisi quis sagacior me docuerit, etiam *vermem* in *inferno* futurum *materialem*.

30 Hoc igitur affirmo; [p] *ignem æternum*, [q] *ignem inextinguibilem*, *ignis* [r] *fornacem*, [s] *gehennam*, [t] *stagnū*, [u] *zelum*, [x] *stagnum sulphuris*, [y] *tenebras exteriores*, [z] *fletum*, *stridorémq; dentium*, [a] *opprobrium*, *ignominiā*, *confusionem*, & similia, esse quidem vocabula ἀνθρωπίνως dicta, & à pœnis hujus vitæ sumpta, ad illam ineffabilem, miserrimam, horribilissimam, & nunquam desituram impiorum conditionem designandam. Hoc, in genere tantùm dixisse satis sit. In abstrusiorem istius ig-

p Mat.25.41.
q Luc.3.17.
r Mat.13.42.
s Mat.18.9.
t Apoc.19.20.
u Hebr.10.27.
x Apoc.19.20.
y Mat.8.12.
z Ibid.
a Dan.12.2.

ignis æterni qualitatem ulteriùs non inquirã. Benè me admonuit *S. Augustinus de genesi ad literam lib. 8. cap. 5. melius esse dubitare de occultis, quàm litigare de incertis.* Admonuit & *Bonaventura*, cui librum quartum sententiarum perscrutãti, ad *distinct. 44. art. 2. qu. 1.* visum est, *temerarium esse, ad hanc quæstionem respondere.* Etiã *Musculus* admonuit, cui *comment. in Mat. 25.* non tantùm temerarium videtur, sed & *hominis nõ Christiani, de ignis hujus qualitate disputare.* Hîc igitur figamus vestigia, igníscq; istius, qualis qualis fuerit, cognitionẽ ipsi Deo, vivorum, ac mortuorũ judici, relinquamus: sedulò interim, ac obnixè cõtendẽtes, ut ne unquam qualis ille fuerit experiamur.

31 Qualiscunq; erit ignis iste, certo certius est æternum fore, vel ex hoc meo contextu; *Discedite in ignẽ æternum*: & ex *Daniele*, 12. 2. ubi apertè dictum, de iis qui *dormiunt in pulvere terræ*, aliquot *evigilaturos ad opprobria, & contemptum æternum.* Siccine? An judex totius terræ non exercebit jus? An propter *peccata tẽporalia* homines impii *pœnis æternis* addicentur? Sanè. [b] Et id requirit justitiæ divinæ regula. Rationes hæ. Prima ducitur ab offenso Deo; Infinita majestas læsa est. Scitè ex *Augustino* [c] *Bonaventura*; *Peccator ideo punitur æternaliter, quòd peccavit contra bonum æternum.* Secunda à peccantis voluntate; Impii peccãt [d] *sua* voluntate, quę æterna est: & si semper viverent, semper peccarent. Rectè *Gregorius Magnus dialogo 4. cap. 44. Ad magnam justitiam judicantis pertinet, ut nunquam carcant supplicio, qui in hac vitâ nũquam voluerunt carere peccato.* Tertia à congruo: sic Doctor [e] Seraphicus; *Cõgruum est, ut pulchritudo universi decoretur quibusdam antidatis, ut sicut bonis redduntur bona æterna,*

[b] Buca. loc. 40. pag. 455.

[c] In 4. sent. dist. 44. art. 1. qu. 1.

[d] Zanch. in 2. Thess. cap. 1.

[e] In sent. 4. dist. 44. art. 1. qu. 1.

ita & malis æterna ſupplicia. Firma eſt cõſequentia; Electorum [f] eſt æterna fœlicitas, ergo reproborum eſt æterna miſeria. Eleganter *Gregorius* [g] loco citato; *Cõſtat, & incunctanter verũ eſt, quia, ſicut finis non eſt gaudio bonorum, ita finis non erit tormento malorũ. Nã quũ veritas dicat; Ibunt impii in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam: quia verum eſt quod promiſit, falſum proculdubio non erit quod minatus eſt.* Quarta, ab humanis judiciis, & legib°. Neq; enim inter nos [h] duratio pœnę ſemper reſpondet durationi peccati. [i] *Bonaventura* iterùm ex [k] *Auguſtino*; *Peccans contra rempub. aliquo grandi crimine, morte mulctatur, non quòd morâ, quâ occiditur, quæ per brevis eſt, ejus ſupplicium leges æſtiment, ſed quòd eum in ſempiternum auferunt de ſocietate viventium.* Ut peccans contra rempub. crimine aliquo temporali in ſempiternum auferatur de ſocietate viventium; hoc juſtum erit apud homines? & juſtum non erit apud Deum, ut pro delictis *temporariis æterna* reddantur ſupplicia?

f Bucan. ubi ſuprà.
g Dialog. lib. 4. cap. 44. p. 300.
h Zanch. ubi ſuprà.
i In ſent. 4. diſt. 44. art. 1. qu. 1.
k De civitate Dei, l. 21. c. 11.

32 At Deus eſt miſericors. Impius ego, ſi negẽ. Scio, [l] *judicio inſultare miſericordiam.* At primò, impii [m] miſericordiâ ſe indignos reddiderunt. Deinde etiam erga illos Deus utitur miſericordiâ, quia mitiùs punientur, quàm meriti erant. Deniq; illud, [*Miſericordia inſultat judicio,*] [n] Scholæ ſic explicant; *id quidem verum eſſe, quando eſt tempus miſericordiæ, utputà in præſenti; in futuro autẽ fore tẽpus juſtitiæ, juxta illud,* [o] *Quũ accepero tempus, ego juſtitias judicabo.* Ita fixa manet, & immobilis aſſertio mea quarta; *Homines damnati cum diabolis poſt ultimum judicium, in infernum detruſi, igni æterno torquebuntur.*

l Iacob. 2. 13.
m Zanch. ubi ſuprà.
n Bonaventura in ſent. 4. diſt. 44. art. 1. qu. 1.
o Pſal. 74. 2. vulg.

33 *Igni æterno* damnati omnes torquebuntur? Omnes

Omnes proculdubiò; neq; tamen hinc ſequitur, eorũ ſupplicià fore *æqualia*. Nodum unâ diſtinctione expedivit *Zanchius*, *commẽtario* P *in 2. Theſſ. 1.* Licèt quoad *extenſionem*, ſive *durationẽ*, omnium damnatorũ pœna *æqualis* ſit, hoc eſt, *æterna*; attamen quòd ad *quantitatem*, & *intenſionem* attinet, *inæqualis* eſt. Inæqualis; æterna tamen.

P De pœnis impiorũ theſ. 5. parag. Licet.

34 Et hinc cadit q deliramẽtum eorum, qui pœnas tùm hominum damnatorum, tùm etiam diabolorum, poſt ultimum judicium mille annorum ſpatio finiendas eſſe prædicant. Quorum error tantò eſt immanior, quantò videtur mitior & miſericordior. Etenim, ut ait r *Bonaventura*, *divinam juſtitiã blaſphemat, dùm eam diminuit, tantúmq; dat miſericordiæ, ut juſtitiæ locum nõ relinquat*. Hujus opinionis aſſertores *Origeniſtæ*, ſive *Chiliaſtæ*, qui & aliàs *Doctores miſericordes* dicti ſunt, vaniſſimæ impietatis à *Sancto Auguſtino* in f libris de civitate Dei ſolidiſſimè arguuntur. Arguuntur etiam à *Tertulliano*, à *Baſilio*, ab *Hieronymo*, ab aliis Eccleſiæ Chriſti athletis invictiſſimis. At quid opus eſt iſtos ut commemorem, quum ad theſeos meę ſtabilimen, vel contextus hic meus abundè ſufficiat? *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus*. Dixit, qui verax eſt: ego nõ credam? Credo, & finio.

q Zanch. compend. lor. 8.

r In ſent. 4. diſt. 44. art. 1. qu. 1.

f Lib. 20. c. 7, & 9. l. 21. cap. 23. lib. 22.

Regi æterno, immortali, inviſibili, ſoli ſapienti Deo, tribus perſonis, Patri, Filio, & Spiritui ſancto, honor ſit, & gloria in æternum. Amen.

DE

DE VITA ÆTERNA.

Cap. 6.

Matth. 25.46.

Abibunt justi ad vitam æternam.

SCitum est, serpentis illius antiqui caput, gloriosissimâ, ac triumphali Domini nostri *Jesu Christi* passione sic contritũ esse, ut jam ex se contra electos Dei nihil virium obtineat. Posuit Deus [a] hamum suum in naso ejus, & frænum suum inter labia ejus, & quà vult, eum perducit. [b] Nihil facere potest, nisi volente & permittente Deo. At sunt ei aliquatenus à Deo laxata fræna, ut etiam pios ac fideles exerceat. [c] Vulnerantur sæpè ab eo pii, sed non lethaliter, neq; propterea occumbunt, oppugnantur, sed nõ concidunt: inhærent enim radici [d] fidei, quæ est in *Christo Jesu*. Non tamen quiescit Stygius ille veterator, millies execrandus; sed subinde supercilium erigens, venenoso suo plusquam Circæo poculo etiã electos Dei, si fieri possit, soporare satagit, ac dementare; ut qui sciat paululum temporis sibi superesse.

[a] 2.Reg.19.28

[b] Polan. thes.2 loc.29 parag. 32 p 516.

[c] Danęus Isag. Chr.par.2.c. 23.p.64.

[d] 2.Cor.1.24.

At

At frustrà in electos bellum movet. Stat enim solidum Dei fundamentum,[c] habens sigillum hoc; *Novit Dominus, qui sint sui.* De infidelibus autem,[f] *filiis contumaciæ*, certissimam indies reportans victoriam, sic eorum mentes [g] excæcat, ut ne possit Evangelii lumen eos irradiare. Inexplicabilibus Satanæ irretiti laqueis, mirâ illi frequentiâ, quà data est porta spacioſa, ruunt in *infernum*; & ruent meritissimò, quotquot fascino diabolico in eam pellecti sunt persuasionem, ut cum [h] *Leone decimo*, & [i] *Johanne 23.* obstinatè credant, post hanc vitam, nec *cælum* esse, nec *infernum*, nec *vitam*, nec *supplicia*. Quo furore percitos, quum universam de Christo doctrinã pro fabula habeant, omninò indignos censeo, quibuscum litigem. Retundit eorum impietatem, vel unicus iste versiculus, *Abibunt isti ad supplicium æternum, justi verò ad vitam æternam.*

c 2. Tim. 2. 19.
f Ephes. 2. 2.
g 2. Cor. 4. 4.
h Joach. Visnus speculo Iesuit. append. p. 252. Baleus lib. 7. de Rom. Pont. actis, p. 428.
i Tom. 4. Concil. edit. Nicol. p. 284. *Hunc Baleus lib. 6. de Rom. Pont. actis vocat Johannem 24. p. 355. &c.*

2 Quo quidem continetur judicii illius ultimi, hoc in capite politissimè depicti, certissimus eventus, seu latæ sententiæ justissima executio; & ostenditur [k] bivium illud, quo separabimur olim, qui jam hîc promiscuè vivimus. Æterna sunt utrinq; hinc vita, illinc pœna; *Abibunt isti ad supplicium æternum, justi verò ad vitam æternam. Isti*] hœdi, injusti, maledicti; *Abibunt*] si minùs sponte, at inviti; [l] *mittentur* enim & impellentur [m] per angelicas & cœlestes virtutes; εἰς κόλασιν, *in supplicium æternum*,] id est, [n] *metonymicè*, in gehennam, locum supplicii, ubi [o] *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*: *justi* autem, qui & *oves* dicti sunt, & *benedicti*, *abibunt* εἰς ζωὴν, *in vitam æternam*, id est, *metonymicè*, in cœlum, locum æternæ vitæ destinatum.

k Suprà cap. 5. parag. 2.
l Mat. 13. 42.
m Marlorat.
n Piscator.
o Esai. 66. 24.

3 *Abibunt justi in vitam æternam.*] Quid isthuc verbi est? Annon & injusti in vitam ibunt? Quomodo erit supplicium, ubi vita non erit? Impii certè postquam prodierint in resurrectionem condemnationis, tùm animâ, tùm corpore supererunt, & æternũ vivent; non tamen dicuntur in æternam vitam abituri. Rectè [p] *Lucas Brugensis*; Non consuevit Scriptura novi Testamenti, aliam vocare *vitam*, præsertim verò *æternam*, quàm *eam*, quæ *beata* est. Nam *eam* quę *misera* est, & in suppliciis ducitur, [q] *mortem* potiùs vocat, quàm *vitam*. [r] Conditio futuræ impiorum vitæ, modis omnibus miserrima, *mors*, non *vita*, dici meretur; unde *Augustinus* [s] *libri de spiritu & litera, cap. 56. Miseris mors est sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors semper vivet, & finis semper incipiet, & defectus deficere nescit; mors perimet, & non extinguet.* Vivent impii, & æternùm vivent, sed ęternâ morte; vivent, sed in stagno ardente igni, & sulphure: quod *Apoc. 21. 8.* mors secunda appellatur. Hinc sequitur eloquio sacro, solos justos in vitam abituros.

[p] In hunc locum.

[q] Rom. 1. 32. Apoc. 20. 6. & 21. 8.

[r] Lucan. loc. 39. pag 453. Lucas Brug. in Mat. 19. 16.

[s] Tomo. 3.

4 *In vitam,*] à suppliciis, omníq; malo, liberam; cœlestem, beatam, Deo fruentem, eámque *æternam*. [t] Quid non faciet homo, ut *æternùm* beatus, *æternam* evadat miseriam? Parùm est, quicquid magni aut facimus, aut patimur in tempore, quod finitur; modò benè sit nobis in illo tempore quod non finitur. Qui igitur sic amamus [u] *miseram istam, & quandoq; finiendam vitam*; quantùm, ô quantùm, amaremus *æternam vitam*? De quâ (viri Patres, & fratres) dum theses aliquot, pro ratione instituti, moríq; mei, in medium protulero, me, quæso, attentissimis animis solitâ cum benignitate auditote.

[t] Luc. Brugens.

[u] August. tõ. 10. serm. 17. de verbis Domini.

5 Thesis

5 Thesis 1ª. *Uniuscujusq; pii anima, separata à corpore, statim in cælum migrat.* Ad quam stabiliendã satis me multa non ita [x] pridem dixisse arbitror, quũ *uniuscujusq; impii animam, separatam à corpore, statim migrare in infernum* fusiùs comprobarem. Quúmq; ea nunc denuò recitandi locus nullus sit, satis habeo in præsenti, si capita tantùm, & leviter attigero. Assertionis meæ veritatem haud obscurè loquuntur sacræ literæ; [y] *Oves, & hœdi*; [z] *virgines prudentes, & fatuæ*; [a] *pisces boni, & mali*; [b] *zizanium, & triticum*; [c] *via spatiosa, & angusta*; [d] *dextra judicis, & sinistra*; [e] *sinus Abrahæ, & infernus*; [f] *regnum, & ignis*: quid aliud hæc sonant, quàm pios hinc transire ad *vitam æternã*, impios contra ad *supplicium*? pióſq; in *cælum* recipi, & impios detrudi in *infernum*? Unde cum [g] *autore Hypognosticôn* asseveratè cõtendimus, *duo tantùm futura loca post hanc vitam; regnum cælorum, & gehennã: tertium nos penitùs ignorare, immò nec esse in Scripturis sanctis reperire*: ut utrumq; certum sit; *uniuscujusq; pii, & impii animam, separatam à corpore, statim migrare in suum locum; animam pii in cælum, impii verò in infernum.* De *impii animâ* nolo nunc plura. Ad *pii animam* considerandam thesis mea me revocat. Eam ego assero, *separatam à corpore, statim in cælum migrare.*

x Cap. 5. paragr. 10. &c.

y Mat. 25. 32.
z Vers. 5.
a Mat. 13. 48.
b Vers. 25.
c Matth 7. 13.
d Mat. 25. 33.
e Luc. 16. 23.
f Mat. 25. 34, 41.
g August. lib. 5. hyp.

6 Asseruit & *Dominus* in benigna illa ad latronem responsione, *Luc. 23. 43. Amen dico tibi, hodie meum eris in Paradiso. Hodie,*] non [h] aliquando duntaxat, ut petis; verùm hoc ipso die, statim à morte tua, cui proximus es. *Mecum eris*] Tu, id est, [i] anima tua, mecum erit. *Mecum eris,*] ubi & ego hodie ero; eris mihi socius, nunquam deinde à me separandus. *In Paradiso*]

h Luc. Brugens.
i Piscator.

diſo,] in æterna futuri ſeculi vita, in quieto, fœlicique juſtorum à morte loco; mihi ſocius eris in *paradiſo*, & *gaudio*, ut es mihi ſocius in *cruce*, & *pœnâ*. Huic *Brugenſis* expoſitioni adeò non refragatur [k] *Bellarmi-nus*, ut *libro de beatitate ſanctorum cap. 3.* affirmatiſſimè ſcribat, veram eſſe expoſitionem *Theophylacti*, *Ambroſii*, *Bedæ*, & aliorum, qui per *paradiſum* intelligunt *regnum cælorum*. *Ne fortè*, inquit, *latro per regnum intelligeret aliquid humanum*, *Chriſtus declaravit regnum ſuum eſſe paradiſum*, id eſt, ſummam & ſempiternam fœlicitatem. Ita, confitentibus *Bellarmino*, & *Brugenſi*, latronis anima, poſt ſeparationem à corpore, ſtatim in cœlum migravit.

[k] Tom. 1. cont. 7. lib. 1. cap. 3. parag. Secũd.

7 Quod illi de latrone confitentur, ſtatuendum idem eſt de piis omnibus. De piis omnibus dictum eſt illud *B. Pauli*, *2. Cor. 5. 1. Scimus nos, ſi terreſtris hujus domus noſtræ tabernaculum diſſolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, non manufactum, ſed æternũ in cælis.* Unde apertiſſimè colligit [l] *Thomas, contra Gentiles lib. 4. cap. 91. Diſſoluto corpore, animam fidelis hominis, ad æternam, & cæleſtem manſionem perduci.* Colligit etiã *12æ. q. 4. art. 5. c. Animas Sãctorum à corporibus ſeparatas, eſſe Deo præſentes*; ſive, ut loquitur *Sent. 2. diſt. 6. art. 3. 5um. ſtatim in cælos aſcendere.* Quid? quod ait *Eccleſiaſtes ca. 12. 7. Spiritum ad Deum redire, qui illum dederat*; quod innuit *Paulus*, ad *Philip. 1. 23. poſt diſſolutionem à corpore, animam eſſe cum Chriſto*; quod clamat *Philo*, (ſi tamẽ ille autor ſit libri *Sapientiæ*) *3. 1. juſtorum animas eſſe in manu Dei, ut minimè attingat eos cruciatus*; quod aliàs dicitur, animas piorum illicò à deceſſu è corpore, eſſe in [m] *pace*, in [n] *requie*, in [o] *conſolatione*, in [p] *refrigerio*, in [q] *ſecuritate*. Nónne iſta commonſtrant *animas piorũ à*

[l] Zanch. explic. in 2. Theſ. 1. loc. de pœnis damnat. parag. 2.

[m] Sap. 3. 3.
[n] Heb. 4. 11.
[o] Luc. 16. 25.
[p] Sap. 4. 7. vulg.
[q] Iob. 11. 15, 18.

cor-

corpore separatas, statim in cælos ad Deum, Christúmq; ejus ascendere? Ita certè est; & *pios* hîc capio, *omnis generis pios*, masculos, & fœminas; infantes, & adultos; tàm ante, quàm post ascensionem Christi mortuos; & ad finem usq; seculi morituros: ut firma stet, & immota thesis mea prima; *Uniuscujusq; pii anima, separata à corpore, statim in cælum migrat.*

8 Cujus quidem veritatis eximio fulgore, atra errorum nubes discutitur. Hinc enim coarguuntur [r] Themistius, & Averroes, qui *animam unicam hominibus omnibus communem esse somniant*; [s] Sadducæi, Arabici, Epicurei, Libertini, & Athei, qui *animas cum corporibus penitùs extinguũt*; [t] Catabaptistæ, & [u] Psychopannychitæ, qui *animas altissimo somnio sopiunt*; [x] Carpocrates, Porphyrius, Empedocles, [y] Pythagoras, ejúsq; sequaces Judæi *quidam*, qui vel πολυγγενεσίαν, vel μετεμψύχωσιν, & μετενσωμάτωσιν induxerũt, *animas ex corporibus in corpora transferentes*; Pontificii deniq;, qui delirias illas de *limbo patrum*, & *purgatorio* fabulas, quo possunt artificio, suffulcire non erubescunt.

9 Quorum dogma de *limbo* variè traditur; à Galatino de arcanis Catholicæ veritatis lib. 6. cap. 8. *Patriarchæ, ac Prophetæ, cæteriq; Sancti veteris Testamenti usq; ad Messiæ mortem omnes ad infernum descenderunt*: à Feu-ardentio Theomach. Calvinist. lib. 8. cap. 9. *Animæ patrum qui lege naturæ & Mosis decesserunt, tum in cælum non suscipiebantur, sed descendebant in limbũ inferorum, per Christi adeas descensum eripiendæ, & salvandæ*: à Bellarmino de Christo lib. 4. cap. 11. *Animæ piorum non fuerunt in cælo ante Christi ascensionem*: ab aliis aliter; ab omnibus tamen ad eundem sensum; & ab omnibus quidem impiè. Impiè, quia contra *Scriptu-*

[r] Fay. thes. 29. parag. 77. & 159.
[s] Dan. Tilenus in syntag. loc. 30. parag. 40.
[t] Tilenus ibid.
[u] Dan. Isag. par. 5. lib. 1. c. 19. fol. 28. a.
[x] Dan. ibid. c. 18. fol. 27. a.
[y] Tilenus ubi supra.

turas.

turas. Ex probatione theſeos meæ ſatis id liquet. Neq; contra faciunt clamores [z] Bellarminici; *Animas piorum in cælo fuiſſe ante Chriſti aſcẽſionem, eſt ea* quidem *ſententia prorſus inaudita in Eccleſia Dei.* Siccine *Bellarmine?* At [a] priſca *Eccleſia*, exemplis [b] *Enochi*, & [c] *Eliæ* docta, aliter ſenſit. Quos antiqui cœlo receptos ex Scripturis crediderunt, eos tu in inferno extitiſſe affirmabis? At quid ego in *limbo* hæreo, qui (teſte *Gregorio de Valentia comment. Theologic. tom. 4. diſp. 11. q. 1.* [d] *pun. 1.*) aut jam non eſt, aut certè eſt vacuus? præſertim quũ ſomniũ iſtud diſcuſſerint, viri doctiſſimi, *Danæus* in reſponſione ad *Bellarminum*, & *Junius* in animadverſionibus, aliíq;, ac nuperrimè venerandus *Mortonus, Apolog. Cathol. par. 1. lib. 1. cap. 70. & par. 2. lib. 5. cap. 39.*

z De Chr. lib. 4. cap. 11. par. Quantum.
a Iun. animad. in Bellar. cõt. 2. lib. 4. c. 11. parag. 1. pag. 144.
b Gen. 5. 24. Eccleſ 44. 16. & 49. 16. Heb. 11. 5.
c 1. Mac. 2. 58. 2. Reg. 2. 11.
d Parag. 3.

10 Alterum illud de *Purgatorio* dogma, ſic ferè tradunt; [e] *Purgatorium eſt locus quidam ſub* [f] *terrâ, inferno damnatorum vicinus, in quo tanquã in carcere poſt hanc vitam purgantur animæ, quæ in hâc non plenè purgatæ fuerunt, ut nimirum ſic purgatæ, in cælum ingredi valeãt, quò nihil intrabit coinquinatum.* In *cælum* nihil intrabit *coinquinatum*? Aſſentior. quid ergo? Num pii ac fideles è *cælo* excludentur? Nihil minùs. Non enim ſunt *coinquinati*. Ecquis pro *coinquinatis* habebit eos, quibus *Chriſtus* datus eſt mediator, & redemptor? quibus *Chriſtus* factus eſt pro peccatis [g] ſatiſfactio, ſeu propitiatio; & [h] purgatio? pro quibus *Chriſtus* ſemetipſum [i] expoſuit? quorum corda per fidẽ in *Chriſtum* [k] purificantur? quorum veſtimenta in [l] ſanguine *agni* lavantur? quorũ conſcientiæ à *Chriſti* [m] ſanguine emundantur, ut ita per *Chriſtum* & in *Chriſto* ſint [n] coram *Chriſto* ſancti, & inculpati, & irre-

e Bellarm. cõt. 6. lib. 1. de Purg. cap. 1. parag. vocatur
f Ibid. lib. 2. c. 6. par. Deinde.
g Rom. 3. 25. 1. Ioh. 2. 2.
h Heb. 1. 3.
i Epheſ. 5. 26.
k Act. 15. 9.
l Apoc. 7. 14.
m Heb. 9. 4.
n Coloſ. 1. 22.

pre-

prehensi? Non, opinor. At istiusmodi sunt omnes verè pii, ac fideles. Ecquando igitur piorum, ac fidelium animæ, à corpore separatæ, quicquam purgandum retinebunt?

Id si quis sperat,[o] *laturas poma myricas*
Speret, & è medio flumine mella petat.

[o] Ovid.

11 Hanc ego de *Purgatorio* fabulam, ineptam, insulsam, impiam,[p] superiori meâ prælectione perstrinxi; asperioribus idem nunc verbis facerem, sed ad alia festino. Unum illud adjicio; Quod olim Cardinali *Bembo* dixerat *Leo 10.* impiissimè, [q] *Quantùm nobis, ac nostro cœtui profuerit, ea de Christo fabula, satis notum est*; idem verissimè ab eodem dici potuisse, possèq; etiam nunc à *Paulo 5°*, *Quantùm nobis, ac cœtui nostro, profuerit ea de Purgatorio fabula, satis notum est.*

[p] Parag. 15.

[q] Vrsin. speculo Pontif. Append. cap. 2. parag. 1. p. 252.

12 Quin & censuram Regiam habetis; [r] *Purgatorium, & [s] frivola illa, quæ id commentum consequuntur, indigna esse, in quibus opera, ac tempus impendatur: [t] Bellarminum, nullum ei ex Scripturis fundamentum astruere potuisse: si sint plures animabus sedes, quã quas ipsi novimus, destinatæ, satis certè nobis esse, eas cognoscere, quas Deus suo verbo, nobis esse voluit revelatas; nec ulteriùs divinæ mentis arcana scrutanda. Cœlum, ac infernum humano generi æterna domicilia constituta esse ex Scripturis, nos didicisse; id igitur agendum, ut alterum consequamur, alterum defugiamus, atque hîc finem esse, extremámq; rerum metam.* Sic piissimè piissimus [u] Jacobus.

[r] Præfat. monitor. p. 52.

[s] Vt sunt lubilæa, Indulgentiæ, Satisfactiones pro mortuis, &c.

[t] Lib. 2. de Purgat. cap. 7.

[u] Rex magnæ Britanniæ.

13 Quâ illius censurâ damnatur & alius *infernè Pontificii* locus, *limbus puerorum*, quo infantes fidelium absq; baptismo decedẽtes, iniquissimè à *Papicolis* ab-

ablegantur. Si enim post mortem duo tantùm loca
x parag. 5. sint, (quæ sic esse x superiùs abundè comprobatum est,) nullus certè est *puerorum limbus*. Electi in cœlum migrant. Deus, Deus est, non Abrahæ tantùm, sed & seminis ejus. Etiam de electis infantibus fuit thesis mea prima, *Uniuscujusq; pii anima, separata à corpore, statim in cœlum migrat*. Sequitur secunda.

14 *Pii omnes, cujuscunq; sexûs, & ætatis, tùm corpore, tùm animâ, post ultimum judicium in cœlum migrabunt.* Et *pios* hîc capio, *omnis generis pios*, tam masculos, quàm fœminas, tam infantes, quàm adultos, qui à condito mundo usque ad finem seculi in *Domino* mortui fuerint, animabúsq; in cœlum receptis, gaudia ineffabilia perceperint. Qui omnes, ubi novissimus ille dies illuxerit, ad tubæ cantum exurgent, ad tribunal judicis sistendi: ubi plenam absolutionis suæ sententiam recipiant, ut postmodum tam corporibus, quàm animabus æternâ beatitate perfruantur.
y Act. 24. 15. Verus hic est y resurrectionis justorum finis. De quo clarè *Beatus Paulus 2. Cor. 5. 10. Justi omnes coram tribunali Christi comparebunt, ut reportet unusquisq;, quæ in corpore fecerit, congruenter ad bonum id, quod fecerit.* Et apertè Dominus Johan. 5. 28. *Veniet hora, quâ omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei; & prodibũt, qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ.* Nec obscurè idem in hoc meo *contextu*; *Abibunt justi in vitam æternam.* Clarissima sunt isthæc Spiritûs sancti effata, planéq; demonstrant, *pios*, quorum animæ tantùm jam nunc reipsâ in cœlo æternâ illâ ineffabili beatitate pro modulo suo fruuntur, in extremo illo die prodituros in resurrectionem vitæ, ut toti & corpore, & animâ, cum *Christo* capite suo, perpetuâ fœlicitate

citate potiantur. Atq; hæc theseos meæ summa est.

15 Variæ hîc incidunt dubitationes, quibus eximendis haud multis ero. Dubitatio prima ex eo oritur, quod scriptum est, *Eccles. 3. 19. Unus est interitus hominis, & jumentorum, & æqua utriusq; conditio: sicut homo moritur, & illa moriuntur, similiter spirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius.* Verba id volunt, [z] Eventum hominis esse eventum bestiæ; & bestiæ eventum, esse hominis eventum. Bestia moritur, & homo moritur; bestia non resurget, ergo nec homo resurget. Expeditam mihi responsionem subministrat, [a] *Tho. Aquinas*, & [b] *Bartholomæus Sybilla*, Salomonē eo loci more concionatoris loquutum esse, cúmque non ex sua, sed insipientium personâ id dixisse. Idem volunt *Thaumaturgus*, & *Olympiodorus*, siqua [c] *Lorino* fides. At insipientium argumenta plerunq; sunt futilia. [d] *Dixit insipiens in corde suo, non esse Deum.* Ec. quis propterea credet?

z Mercer. in Eccles. 3. 19.

a In 1. qu. 75. 6. 1. & 2. dist. 19. qu. 1. art. 1. 3m & contra Gentiles lib. 2. c. 79. fin. & qu. disput. de Anima, art. 14. ad 1m.

b Speculo peregr. qu. decad. 1. cap. 2. p. 39.

c Comment. in Eccle. 3. 19.

16 Dubitatio 2a ex eo orta est quod legimus *Job. 14. 12. Homo quũ dormierit, nõ resurget, donec atteratur cælum.* At cœlum nunquam atteretur, quũ sit incorruptibile: ergo nec homo resurget. Respondent è Scholasticis [e] *Aquinas*, [f] *Bonaventura*, & [g] *Scotus*; Etsi cœlum nunquam atteretur quantum ad substãtiam: tamen atteretur quantum ad efficaciam, & influentiam. Cessabit influẽtia cœli in die ultimo, quo etiam resurgent qui dormierunt. Ubi innovabuntur cœli, innovandus est & homo. Huic expositioni acquiescit *Sybilla*, in [h] *speculo peregrinarum quæstionum Decad. 1. cap. 2. qu. 2.* Saniorem verborum sensum ex *Augustino*, & *Chrysostomo*, elicit [i] *Pineda*: *Homo quum dormierit, non resurget, donec atteratur cælum*, id est,

d Psal. 14. 1.

e In sent. 4. dist. 43. qu. 1. art. 1. ad 1m.

f In sent. 4. dist. 43. qu. 1.

g Ibid. ad 2m.

h Pag. 39.

i Comment. in Iob. 14.

homo semel extinctus, & arefactus, non redibit iterum, neq; ullam habebit in hoc mundo vitæ vicissitudinem: *non resurget*; vi suâ: *non* [k] *resurget*; ut ad hanc hujus vitæ conditionem redeat. Et quid hoc est contra futuram corporum ad æternam vitam resurrectionem?

[k] Merlin. cõm. in Iob. 14. 12.

17 Dubitatio 3ª exoritur ex eo, quod ait *B. Paulus 1. Cor. 15. 50. Caro & sanguis regnũ Dei possidere non possunt.* Hinc *Origeni* visum est carnis resurrectionem denegare; eósq; *simplices* vocare, & [l] *philosarcas*, qui eam credunt. *Si enim*, inquit, *ossa, & sanguis, & caro, vultus, & membra, totiúsq; compago corporis resurgat in novissimâ die; scilicet, ut pedibus ambulemus, manibus operemur, oculis videamus, auribus audiamus, ventrémque insatiabilem, & stomachum cibos concoquentem, circũferamus: consequens est, esse nobis & comedendum, & bibendum, & digerendum, & uxores ducendas, & liberos procreandos. Aliter frustrà ibi essent istæ* potentiæ. Sic ille, de quo celebre est vetustatis judicium, *Ubi benè, nemo melius; ubi malè, nemo pejus.*

[l] Hieronym. epist. ad Pammachium adversus errores Ioh. Ierosolymitani tom. 2. pag. 171.

18 De loco quo suum tuetur *Origenes* errorem eleganter *Hieronymus* [m] epist. ad Pammachiũ adversus errores Johan. Jerosolymitani; *Attende, obsecro te, quod dicitur, Caro & sanguis regnum Dei non possidebũt. Nunquid non resurgent? Absit. Sed non possidebunt. Quare non possidebunt? Quia sequitur; neq; corruptio incorruptionem possidebit. Tamdiu ergo regnum Dei non possidebunt, quamdiu caro tantùm sanguísq; permanserint. Quũ autem corruptivum induerit incorruptionem, & mortale induerit immortalitatem, & lutum carnis in testam fuerit excoctum, quæ priùs gravi pondere premebatur in terram, acceptis spiritûs pennis, & immutationis,*

[m] Tom. 2. p. 178.

nis, non abolitionis, novâ gloriâ volabit ad cœlum.

19 Accinit Hieronymo Sn Auguſtinus contra adverſarium legis, & prophetarum *lib. 2. cap. 6. Illud, quod Apoſtolus ait, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt, duobus modis ſolvitur. Aut enim carnis & ſanguinis nomine, corruptionem carnis & ſanguinis nuncupavit, quæ in reſurrectione non erit; aut carnem & ſanguinem dixit, homines ad omnes illecebras ſecularium voluptatum, carni & ſanguini deditos, qui regnum Dei non poſſidebunt.*

[n] Tom. 6. fol. 129. col. 3.

20 Huc facit & illud *Gregorii moral. l. 14. cap. 29. In ſacro eloquio aliter caro dicitur juxta naturam, atque aliter juxta culpam, vel corruptionem. Quòd ergo Paulus Apoſtolus dicit; Caro, & ſanguis regnũ Dei poſſidere non poſſunt, carnem vult ſecundum culpam intelligi, non carnem ſecundum naturam. In illa ergo cœleſtis regni gloria, caro ſecundum naturam erit, ſed ſecundum paſſionum deſideria non erit, quia devicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit.*

21 Satis diu hoc jam ſaxum volvo, ut *Patrum* expoſitionibus ſententiam *Apoſtolicam* ab *Origenis* gloſſa vindicem. Summa eſt, *carnem*, quà ſignificat [o] vitioſitatem carnis, aut [p] hominem carnaliter viventem, *regnum Dei poſſidere non poſſe*; quà verò accipitur pro eſſentia carnis humanæ, *poſſe*. Et ſuo tempore, hoc eſt, in fine ſeculi poſſidebit. Tum (ut ſcitè [q] *Auguſtinus, de tempore ſer. 119.*) *finis ſine fine erit reſurrectio carnis: nulla erit poſtea mors carnis, nullæ angustiæ carnis, nulla fames, & ſitis carnis, nullæ afflictiones carnis, nulla ſenectus, & laſſitudo carnis. Quicquid querelarum eſt carnalium modò, tunc ibi non erit.* Quare jam valeat inſanum [r] *Origenis* delitium. Reſurrecturum

[o] Danæus in ſymbol. p. 145.
[p] Sybilla ſpeculo. dec. 1. c. 2. qu. 2. p. 40.
[q] Tom. 10. fol. 178. col. 3.
[r] Bucan. loc. 37. pag. 425.

rum credimus *corpus*, non *aëreum*, aut *æthereum*, sed *carneum*, idémq; cœlum ingressurum.

22 Multa hîc quæri solent, quædam stultè, omnia inutilitèr; Utrùm [f] *corpus in resurrectione, si organizaretur modo opposito, quàm sit modo, verbi gratiâ, si haberet pedes in pectore, & manus ubi modò sunt pedes, posset ab animâ suâ iterùm regi.* Utrũ [t] *corpora resurgent in iisdem locis in quibus fuerũt sepulta.* Utrùm [u] *humores,* [x] *intestina,* [y] *capilli, &* [z] *ungues resurgent.* Utrũ *corpora, quum resurrexerint, erunt* [a] *calida, vel frigida.* Utrũ *resurgemus in eâdem* [b] *ætate, in eâdẽ* [c] *statura, in sexu* [d] *virili, in vitâ* [e] *animali.* Hi sunt suaveolentes *Scholarum* flores, quos è *Magistro, Thomâ, Bonaventurâ, Scoto, Richardo*, aliis, cuivis decerpere in promptu est.

23 Hisce ego casum quendã à *Lotzio* Jesuitâ Cõrado *Vorstio* [f] propositũ annumero. Casus iste est; *Accidit apud Cannibales, ut puerulus ab Anthropophago devoraretur, caróq; tota illius in substantiam hujus verteretur, per nutritionem; ita, ut quæ materia fuerat antea pueruli, ea sit facta pars viri. In resurrectione, utri horũ materiam illam, carnémq; tribues?* Persimilis hic mihi videtur disputatori illi apud [g] *Thomam*, qui, ut probet non totum quod fuit in corpore de veritate naturæ humanæ, resurrecturum, sic argutit; *Cibus convertitur in veritatem humanæ naturæ, sed aliquando caro bovis sumitur in cibum; si ergo resurget quicquid fuit de veritate humanæ naturæ, resurget etiam caro bovis.*

24 Sancte *Deus*, patiens, & longanimis, misellus homo in longitudinem, & latitudinem investigabiliũ viarum tuarum descendere audebit, & intrepidus? Sic faciunt aliquotics *Scholastici*. In sacrosancto stupendę resurrectionis mysterio, ludunt (ut audistis) mirificẽtissimè

[f] Richard de Mediavillâ, 1. quodlibet. art. 4. qu. 2.
[t] Idem in sent. 4. dist. 43. art. 5. qu. 3.
[u] Idem dist. 44 art. 1. qu. 2. Bonaventura, Aquinas.
[x] Bonavent.
[y] Aquinas, Bonaventura, Richard.
[z] Aquin. Bonavent. Rich.
[a] Richard.
[b] Rich. Aquin.
[c] Aquin Rich.
[d] Aquin, Rich.
[e] Aquin. in sent. 4 dist. 44. qu. 1. art. 3. 4.
[f] Epistolica diatrib. p. 94.
[g] In sent. 4. dist. 44 qu. 1. art. 2. 4. 1.

tissimè.[h] Jactati curâ inanium quæstionũ, cadunt in fluctus variæ contentionis, & velut navis deserto gubernaculo, per diversa & incognita volvuntur litora. Qui eos nimiùm sequuti sumus, jam tandem revertamur, & in portu Catholicæ fidei sedeamus, ubi nulla nos poterit fluctuosæ curiositatis tempestas, vel mergere, vel turbare. [i] Ubi *Deus* in verbo suo gradũ sistit, ibi & nos cogitationum nostrarum pedem sistamus. Multa *Deus* sibi reservavit, nobis in hac vitâ non revelanda.

25 De reipsâ ita demum sentimus; in die novissimâ resurrecturum *corpus*, non *aëreum*, non *æthereum*, quod voluit *Origenes*; nec *putativum* tantùm, seu *phãtasticum*, quod dixerunt [k] *Marcion*, *Apelles*, *Valentinus*, *Manes*, sed *carneum*: idémq; cœlum ingressurum; sed novis adornatum qualitatibus, [l] *immortalitate*, *incorruptibilitate*, *spiritualitate*, *potentiâ*, *perfectione*, *claritate*, seu *decore*: [m] facile Deo esse separatim suã unicuiq; carnem restituere, etiamsi mille modis immutata sit: Deúmq; [n] unicuiq; daturum corpus, prout vult: eósq; [o] qui tum superstites fuerint, nequaquam more reliquorum morituros, sed in [p] momento, & jactu oculi à corruptione in naturam incorruptam immutatum iri. Possent hæc clarissimis sacrarum literarum oraculis ostendi. Sed nihil necesse est, ut iis congerendis incumbam, præsertim quũ fideles alloquar; & ex antedictis jam clarum sit, quod thesi meâ 2ª affirmavi: *Pios omnes, cujuscunq; sexûs, & ætatis, tùm corpore, tũ animâ, post ultimum judicium, in cœlum migraturos.* De cœlo isto erit thesis mea tertia.

26 *Cœlum beatorum est locus certus, ab inferno dãnatorum quàm remotissimus, & thronus Dei.* [q] *Cœli* vocabu-

[h] August. cõt. Pelag. lib. 6.

[i] Calm. schol. 3. Tent. cap. 12. parag. 1. p. 292.

[k] Hieron. ep. ad Pammach. adversus error. Ioh. Ierosol. tom. 2. p. 171. Sybilla speculo, ubi suprà.

[l] Eucan. loc. 37. p. 422.

[m] Vorstius ep. diatrib. p. 169.

[n] 1. Cor. 15. 38

[o] Thes. Piscat. vol. 1. loc. 21. parag. 33. Harm. Cõfess. parag. 9. Belg. art. 37. p. 115.

[p] 1 Cor. 15. 52, 53. 1. Thes. 4. 16. Eucan. loc. 37. p. 421.

[q] Zanch. de oper. Dei part. 1. lib. 1. cap. 2. & cap. 4. Pet. Martyr in 2. Reg. 2. 11. Illyric. in clavi. voce, Cœlũ.

cabulum multiplex esse,& eâdem appellatione plura significari,manifestius est,quàm ut multis ostendi debeat.Primò significat totum illud spatium,quod est à terrâ,& aquis,ad orbem usq; lunarem:totam regionē elementarem ubi aves volitant; unde pluviæ descendunt;ubi tonitrua, & alia, quæ scholæ philosophorū vocant *meteora*,generantur. Hujus significationis exempla in sacris literis sunt passim obvia.*Cataractæ cœli se aperuerũt*, *Gen.7.11.*]Cataractæ cœli sunt nubes;& ubi nubes nisi in aere?ut verba id sonent, [r] nubes citò fuisse condensatas, & in magnam vim aquarũ versas, magnóq; impetu pluviã descẽdisse, velut apertis cœli cataractis. Exploratores qui jussu *Mosis* profecti sunt in terram *Chanaanis*,retulerunt, [*Deut.1.28.*]*Civitates eorum magnas fuisse,& munitas in cælum usq;*,] id est,ad tantam aëris altitudinẽ erectas fuisse, ut fuerint inexpugnabiles. Amici *Jobi* [*Eliphaz, Bildad, & Tzophar*,*Jobi 2.12.*]dicuntur vestimẽta sua scidisse, & *pulverem in cælum sparsisse.In cælum*,]id est, in aerem. Nihil opus est,vobis in mentem ut revocem, *cæli volatilia;cælum clausum,& apertum precibus Eliæ; cælum æreum,ferreum,nubilum,serenum,propitium:* satis jam liquet *cælum* aliquando poni pro *elementari regione.*

27 Secundò *cælum* significat totum istud spatiũ, quod spectabiles cœli sphęrę,orbésq; occupãt. Sphęras,orbésq; dico,omnes, initio facto à Luna usq; ad firmamentum:quibus adjungo & [f] *nonam sphærã*,quã vocant *cælum* [t] *Chrystallinum*,sive aqueum;etiam *decimam*,quam dicunt *primum mobile*. Hanc ego sententiam de denario cœlestium sphærarum numero, eo magis probo,quòd eam non solùm [u] *Astronomi*,quorum observatio,& experientia, hâc in re fidem meretur,

[r] Marlorat. exposit.Eccl.

[f] Hipparchus, Mileus,Agrias, Ptolom.Alexand. Alphraganus,&c.

[t] Calmar.Ouranogr. c.2. disquis.1.1. p. 362.

[u] Albategnius Arabs, Thebitius,Alfonsus Hisp. Rex,Georg.Purbachius,Io.Monteregius,Coll. Conimbr. in lib.2.de cœlo,cap.5.qu.1. art.1.p. 263.

tur, sed etiam multi è Peripateticâ scholâ nobiles philosophi amplectantur. Quicunq; sit sphærarum mobilium numerus, sive denarius, sive minor; eæ omnes hâc secundâ cœli significatione designantur. Et hujus occurrit in sacris literis haud infrequens mentio. *Luminaria illa magna, [majus ad præfecturam diei, & minus ad præfecturam noctis,] atq; stellas collocavit Deus* ברקיע השמים *in expanso cœli istius, Gen. 1. 17. In expanso cœli:*] unde [x] syderū, & astrorum receptaculum diffusum, expansúmque corpus peculiariter *cælum* appellatur. Et sic ubiq; ferè appellatur, ubicūq; legimus, [y] *stellas cæli*, [z] *astra cæli*, [a] *militiā cæli*, [b] *exercitum cæli*.

[x] Casman. Ouranog. cap. 2. 2. p. 369.

[y] Gen. 26. 4.
[z] Deut. 10. 22.
[a] Deut. 17. 3.
[b] 2. Par. 33. 5.

28 Tertiò igitur *coelum* significat spatium illud, [c] quod est extra, & supra stupendam hujus mundi visibilis machinam, ab aliis omnibus mundi locis distinctum, ubi *Deus* palàm sine hujus vitæ mediis, & defectibus, se, & sua bona manifestat, beatisq;, angelis, & hominibus, communicat. Atq; hoc *coelum* illud est, quod quærimus; quódq; in thesi meâ dicitur, *Locus certus ab inferno damnatorum quàm remotissimus, & thronus Dei.* Cœlum istud, quū nulli sit obnoxiū sensui, [d] naturali ratione investigari non potest. Hîc igitur nihil mihi erit cum *philosophia* negotii. Ex sola Dei revelatione in sacris literis factâ, cœlum istud fidelibus innotescit. Sacræ igitur loquantur literæ.

[c] Casm. Ouranog. cap. 2. 8. p. 419.

[d] Zanch. de oper. Dei par. 1. lib. 1. cap. 4. p. 41.

29 *Coelum beatorum est locus.*] Locus Jehovę dicitur, *Esai. 26. 21.* & locus habitationis Jehovæ, *1. Reg. 8. 39.* & locus dominationis ejus, *Psa. 103. 22. Hîc* Deus [e] [f] *stabilivit* solium suum; *hinc descendēs*, [g] excelsa terræ calcabit; *hinc* [h] *prodibit* ad animadvertendū in iniquitates habitatorum terræ. Hic ille locus est de quo *Dominus* in Evangelio secundum *Johannem, cap. 14. 3.*

[e] Et vers. 43. & 49.
[f] Hal. 103. 19.
[g] Mic. 1. 3.
[h] Esai. 26. 21.

Proficis-

Proficiscor paraturus vobis locum: & quum profectus fuero, & paravero vobis locum, rursum veniam, & assumam vos ad meipsum, ut, ubi ero ego, & vos sitis.

30 Est igitur *cœlum beatorum locus*, & *locus certus*;] in certo UBI est; certámq; præstat Sanctis mãsionẽ. *Est* enim *civitas habens fundamenta, cujus artifex, & cõditor est Deus*, Hebr. 11. 10. Huc facit & illud *Heb. 13. 14. Non habemus hîc stabilem civitatem, sed futuram illam inquirimus. Hîc*, id est, in terrâ, *non habemus stabilem civitatem, sed futuram illam*, id est, cœlum beatorum, *inquirimus. Cœlum beatorum*,] quod & [i] *sursum* esse dicitur, & [k] *excelsũ* esse, & [l] *altissimũ* esse, & [m] *cælum cælorum* esse, & [n] *supra omnes cœlos* esse, idq; non modò [o] *excellentiæ*, verùm etiam *supereminentiæ*, & *situs gratiâ*; ut certissimum sit, *cœlum beatorum esse locum certum.*

i Deut. 4. 39.
k Deut. 26. 15.
l Luc. 2. 14.
m Deut. 10. 14.
n Ephes. 4. 10.
o Calm. Ouranog. cap. 2. 8. irg. 4. p. 421.

31 *Cœlum beatorum est locus certus, ab inferno dãnatorum quàm remotissimus.*] Etenim inter hæc duo χάσμα μέγα ἐστήριγμένον] hiatus ingens, sive vorago vasta, firmo, & immutabili Dei robore, constituta est, *Luc. 16. 26. Alti sunt cœli supra terram, Psalm. 103. 11.* Ecquis igitur dubitabit cœlum beatorum, cœlum cœlorum, supra cœlos omnes aspectabiles fundatum, ab inferno damnatorũ (quem sub terrâ esse * aliàs ostendi) esse remotissimum? Sine dubio [p] *Jerosolyma cœlestis*, & [q] *stagnum ignis*, immane est, quantùm à se invicẽ disjunguntur.

* Cap. 5. par. 27.
p Heb. 12. 22.
q Apoc. 20. 15.

32 Quod adjeci in fine thesεos de cœlo beatorũ, esse *thronum Dei*; expressè id quidem habetur *Mat. 5. 34.* Eodem sensu dicitur & sedes Dei, *Esai 61. 1.* & habitaculum sanctitatis Dei, *Psal. 68. 6.* & domus Dei Patris, *Johan. 14. 2.* Et hæc dicuntur, [r] non respectu essen-

r Calm. Ouranogr. cap. 2. qu. 6. p. 413.

essentię Dei, quę ubiq; est: sed respectu glorię ipsius, & majestatis illîc declaratæ. Illîc enim Deus [f] immediatè, hoc est, ut antè dixi, palàm, sine hujus vitæ mediis, & adminiculis, se, suam gloriam, suáq; bona, manifestat, beatísq; communicat, ut ipse sit omnia in omnibus. Ex sacris jam literis thesin firmavi meam; *Cælum beatorum esse locum certum ab inferno damnatorũ quàm remotissimum, & thronum Dei.*

[f] Casmã. ibid, pag. 355.

33 Hîc ego non possùm nõ mirari crassam quorundam impudentiam, qui hâc nostrâ tempestate, cæco disputationis, nescio cujus, sophisticæ furore abrepti, fidenter asseverant, cœlum beatorum, non esse *sursum*; non esse *locum certum*; non *creatum*; non *corporeum*: sed esse *locum* quendam *spiritualem*, ac *incorporeum*; [t] esse *ipsam Dei majestatem*; [u] *Deum ipsum* esse; [x] *ibi esse, ubi est gustus divinæ bonitatis*; [y] *ubiq; esse*. Est qui * dicat, *cæli esse talem* [z] *conditionem, ut in eo non tantùm sint angeli, & homines sancti, sed ibi etiam Satanas cum suis angelis inveniatur*. Ait idẽ expressè, * *infernum, & Satanam in cælo esse*. Alius docet, *infernum, & diabolum, in eo reverâ esse cælo, in quod Christus per ascensionem suam est receptus*. Eis, qui hæc dicunt, situm si respicias, [a] suprema erunt infima, & infima suprema, [b] cœlum erit infernus, & infernus cœlum. Et hæc, ô sancta veritas, quanta confusio est!

[t] Hunnius de cœna Dom. c. 14. p. 1196. c.
[u] Hunnius qu. & resp. p. 422. d.
[x] Ibid. p. 418. c.
[y] Ibid. p. 425.
[z] Ex Casman. Ouranog. c. 2. qu 6. p. 416.
* Brentius de divina majest. Chr. pag. 160.
* Ibid. p. 162.
[a] Pet. Martyr. in 2. reg. 2. 11.
[b] Casman. ubi suprà. p. 415.

34 Non ferunt hujus temporis angustiæ, erroris istius caliginem ulteriùs ut discutiam; neq; verò id ut faciam, adeo necesse est, nisi actum agerem; cùm eã lumine divini verbi adhibito dispulerint ex orthodoxis (ut mittam reliquos) *Hieronymus Zanchius*, & *Otho Casmannus*; hic quidem, *Ouranographiæ cap. 2.*

c Pag.412. d Pag.43.

disquisitione 2.[c] *qu.6.* Ille verò, *de operibus Dei*, [d] *parte 1*[a] *lib.1.cap.4.q.1.in explicatione theseos.* Valeat igitur *cælum* illud *ubiquitarium*, atq; *fictitium*; ut dubio cuidam solvendo mihi tempus detur.

35 Dubium est de *cælo tertio*, in quod se raptum ait *Beatus Paulus*; quodnam tandem illud sit. *Chrysostomus homil.4.in Genes.* non dubitavit affirmare, *qui multos faciunt cælos, eos divinæ Scripturæ, & doctrinis Ecclesiasticis adversari, suáq; ipsorum commenta, & figmenta sequi; unum tantummodo cælum à Mose traditũ esse, idq; expansum appellatum. Chrysostomo* unum tantummodo videtur esse ex doctrinâ *Mosis* cœlum. Ubi ergo est *tertium Pauli cælum*? *Theodoretus* cœlos agnoscit duos. Sic ille *quæst.11.in Genesin*; *Qui non credit secundum esse cælum, semitam rectam transgreditur; qui verò plures numerare conatur, adhæret fabulis, postpositâ divini Spiritûs doctrinâ. Theodoreto* duo tantũmodo videndur esse cœli. Ubi ergo est *tertium Pauli cælum*? *Justinus Martyr in responsione ad Orthodoxos, quæst.57.cælos* agnoscit *tantùm duos* κατ' οὐσίαν, per se, & *essentiâ*: at κατ' διαστήματα, per *intervalla*, & spacia, *cælos* esse *plures* fatetur; ut *tertio Pauli cælo* aliquem det locum. Ut etiam *tertio Pauli cælo* suus sit locus, ternarium cœlorum numerum explêrunt, *Basilius homiliâ 3.in Genes. Damascenus orthodoxæ fidei lib.2.cap.6.* & *Ambrosius Hexaëmer.libro 2.cap.2.*

36 Dissident, ut videtis, variántque de cœlorum numero *Patrum* sententiæ, quas ex [e] *Aquinate* conciliare sic licet. *Chrysostomus*, cui unum tantummodo videtur esse cœlum, cœli nomine intelligit totum universi corpus, quod est supra globum aquæ, & terræ. *Theodoretus*, & *Justinus*, quibus duo tantùm videntur

e Casman. ubi suprà, p.371.

esse

esse cœli, sic capi possunt, ac si *primum* dicant totum spatium ab aquis usq; ad orbem Lunæ; & *secundum*, reliquam, superioremq; compagem corporum. *Basilius, Damascenus*, & *Ambrosius*, qui tres cœlos numerant, constituunt *primum*, totum spacium usq; ad globum lunæ; *secundum*, spatium spærarum mobiliũ; *tertium* adhuc superius, cœlum illud tertium, ad quod Paulus raptus dicitur.

37 *Jodocus Clichtoveus*, commentario in Damascenum, ad locum modò citatum, *Tres*, inquit, *cæli, de quorum tertio meminit Apostolus, sunt, cælum aërium firmamentum, & cælum firmamento superemines, ad quorum supremum se mentis ecstasi raptum Paulus asserit.* [f] Alii intetpretantur *primum illorum trium cælorum, esse aërem; secundum, firmamentum; tertium, spirituale*, ubi angeli, & animæ sanctæ, Dei fruuntur contemplatione. Nec desunt, qui illos tres cœlos distinguendos existimant secundum tres angelicas Hierarchias, ut *primum cælum dicatur* [g] *postrema hierarchia, angelos, Archangelos, & principatus complectens; secundum cælum media hierarchia, potestates, virtutes, & dominationes continens; tertium verò suprema hierarchia coelestium spirituum, thronos, Cherubim, & Seraphim comprehendens.* Porrò, alii hunc ternarium cœlorum numerum accipi volunt [h] secundum triplicem rerum visarum distinctionem, ut *primum cælum, vocetur corporum cælestium cognitio; secundum, spirituum cælestium agnitio; tertium, supercælestium in Trinitate personarum notitia.* Rursum alii existimant tres illos cœlos, sumendos esse secundum [i] triplicem visionem, sensûs videlicet, imaginationis, & intelligentiæ; ut *primum cælum dicatur, visio supermundana cor-*

[f] Iod. Clichtov. comment. in Damascen. orthod. fid. l. 2. cap. 6. Glossa, ordin. in 2. Cor. 12. Aquin. 2 2. qu. 175. art. 3. ad. 4.

[g] Aquin. ibid. & Clichtov.

[h] Aquin. ibid. & Clichtov.

[i] Aquin. ibid. & Clichtov.

poralis; secundum, visio imaginaria; tertium, visio intellectualis. Alii aliter de tribus istis cœlis statuunt. Operosum foret, & huic loco minimè accommodũ, sententias eorum recensere.

38 Rem ipsam sic tandem definio. Omne illud spatium, quod à nobis in sublime extollitur, uno nomine *cælum* appellatur. Hujus latissimi spatii, quidã, & [k] viri quidem doctissimi (quos sequor) tres partes constituunt. *Primam*, quæ à nostræ terræ superficie ad nubes, & aquas illas cœlestes, patet, *primum cælũ* appellant, *cælum aëreum*. *Secundam*, quæ ab his aquis cœlestibus ad cœlum usq; extimum pertingit, *secundum cælum* nominant, *cælum sydereum, regionem ætheream*, & *firmamentum*. *Tertiam*, quæ extima est, & summa, *cælum tertium* vocant: *in quod raptum aiunt beatissimum Paulum*, quódq; à *Scholasticis doctoribus* dicitur οὐρανὸς ἐμπύριος, [l] non quia igne perpetuo ardeat, sed quia ad ignis similitudinem luce cœlesti refulgeat. Trecentos sexaginta quinq; cœlos illos [m] *Basilidis*, ut tumentem cerebri ferventissimi spumã prætereo; lubénsq; ternarium hunc cœlorum numerũ, quem & in significatis *cæli* exponẽdis attigi, retineo: & statuo *cælum tertium*, supremam illam universi cœli partem, esse *coelum beatorum*, de quo fuit thesis mea tertia; *Cælum beatorum est locus certus, ab inferno dãnatorum quàm remotissimus, & thronus Dei.* Sequitur quarta.

k Danæus 2. par. phys. tract 2. cap 5. Casm. Ouran. cap. 2. p. 372.

l Casman. ubi suprà, p. 356.

m August. de hæres. cap. 4.

39 *Homines beati post ultimum judicium in cælum recepti, vitâ æternâ perfruentur.* Hic est piorum post hanc vitã status omnium gloriosissimus. *Vita æterna* dicitur: æterna [n] καταχρηστικῶς, non propriè. *Æternum* [o] triplex, 1. Quod principio & fine caret, ut Deus.

n Suprà. cap. 5. pag. 8.

o Vilin. catec. par. 2. qu. 58. p. 383.

2. Quod

2. Quod principio caret, sed finem habet, ut decreta Dei. 3. Quod principiū habet, sed caret fine, ut angeli. Ath; hoc 3. modo futura beatorum in cœlo vita, *æterna* dicitur; *æterna*,]P non temporaria, nullo certo termino definita, nulli mutationi obnoxia, in perpetuum sine fine duratura. *Æterna* hæc vita [q] nihil est aliud, quàm *æternum* esse hominis renati, & glorificati: cujus *causa* [r] Deus est; Pater *efficiens*, Filius *meritorii*, Spiritus sanctus [s] *obsignãs*, & *applicans*. Cujus *materia* sunt ea bona, quę nec oculus [t] vidit, nec auris audivit nec mens hominis comprehendere potest. Cujus *forma* est ipsius Dei cognitio, visio, fruitio, perceptio, seu adoptio, summa hominis fœlicitas, summa beatitudo. Cujus *finis* duplex; gloria Dei, & glorificatio electorum.

P Bucan. loc. 39. pag. 443.
q Ursin. ubi suprà.
r Trelcat. inst. lib. 3. p. 225.
s Rom. 8. 11.
t 1. Cor. 2. 9.

40 Quænam futura sit æternæ hujus vitæ conditio, in hac mentis caligine, ne cogitãdo quidē assequi possumus. Propria ejus adjuncta, in sacro Dei verbo passim obvia, satis declarant statum ejus esse perquam excellentem. Iis sigillatim recensendis nunc haud licet immorari. Summatim omnia colligo cum mellifluo *Bernardo*, *medit. cap. 16. In vita æterna nullū laborem sustinebimus. Ibi erit jucunditas infinita, beatitudo sempiterna, requies à laboribus, pax ab hostibus, amœnitas de novitate, securitas de æternitate, suavitas, atq; dulcedo de Dei visione.* Etiam cum *Innocētio 3°. sermone in Dominicâ Lætare; Ibi erit vita sine morte, dies sine nocte, certè sine fortè: ibi erit securitas sine timore, jucunditas sine dolore, tranquillitas sine labore: ibi erit pulchritudo sine deformitate, fortitudo sine debilitate, rectitudo sine perversitate: ibi erit caritas sine malitiâ, veritas sine fallitiâ, fœlicitas sine miseriâ: ibi erit gaudium*

dium, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.[u] Honorificentissima sunt, quecunq; prædicantur de te, ô nova Jerosolyma: at nondum capimus, nondum patefactũ est,[x] quod erimus. Cernimus nunc tantùm[y] per speculum, & per ænigma: at veniet tandẽ aliquando dies, quo, resuscitatis corporibus, coràm cernemus, Deúmq; videbimus per se, sicuti est. Atq; hoc est, quod thesi meâ volebam; *Homines beati post ultimum judicium, in cælum recepti, vitâ æternâ perfruentur.*

[u] Psal. 87. 3.

[x] 1. Ioh. 3. 2.

[y] 1. Cor. 13. 12.

41 Hinc horrẽdæ impietatis arguuntur[z] *Mahometistæ*, & *Saraceni*; utpote qui imaginẽtur beatis post resurrectionem, suppeditandos cibos affatim, potus largissimos, & copiosum carnalis voluptatis usum. Hinc etiam coarguuntur[a] *Chiliastæ*, ut qui credant Christum post ultimum judicium, per annos mille in terris regnaturũ, unà cum Sanctis, in summis delitiis, & summâ corporis suavitate. Hinc deniq; (ne omnia consecter) redarguendi sunt *Pontificii*, qui lacinioſas de quibusdam in æternâ vitâ Sanctorũ gradibus disputationes movent, qualis illa est de fructu[b] tricesimo conjugatis castè viventibus, sexagesimo viduis continentibus, & centesimo virginibus, martyribus, prædicatoribus retribuendo.

[z] Bucan. loc. 37. pag. 425. Piscat. thes. 1. loc. 21. parag. 45. p. 338.

[a] Bucan. loc. 37. pag. 424. Bullinger. & Aret. in Apoc 5. 10.

[b] Bucan. loc. 39. p. 450. Szegedin. summa d. Ctr. Papist. pag. 502.

42 Accepistis jam tandem (*florentissimi Academici*) *de sacerdotio Christiano, de consiliis Evangelicis, de fide salvificâ, de operibus renatorum, de pœnâ damnatorum, de vitâ æternâ*, sex meas solẽnes lectiones. Quòd solennes dici possint, vobis (*viri verè Academici*) acceptum refero, qui me tùm præsentiâ vestrâ gratiosâ, tùm attentione singulari cohonestastis. Id nisi speràssem, quis ego, qui de tantâ rerũ varietate ex hoc suggestu

gestu os meum auderem aperire? Aperui; attendistis: eóq; nomine, vobis gratias, quas possum, habeo.

43 Unum illud me malè habet, quòd quæ ego secundâ meâ lectione, *de consiliis Evangelicis*, candido, pióq; affectu sum elocutus; ea nõ ita pridem viderim censorii mucrone styli petita. At à quo petita? Ab eo, qui, ut fidei suæ, bonæq; conscientiæ naufragium faceret, à dulcissimâ suâ patriâ ad terras exteras, ab Ecclesia verè Catholicâ ad pseudocatholicam synagogam, à *Christo* ad Antichristum transfretavit. Gravẽ ille mihi intendit litem, *quòd lectionem falsam, hæreticámq; habuerim, quòd sacras Scripturas violenter detorserim, quòd sanctos Patres impudenter rejecerim.* Egóne in illâ lectione *falsus* erã, & *hæreticus*? Egóne tũ *Scripturas sacras violenter detorquebam*? Si *ita* proculdubiò ex hoc loco, & sibilis, & convitiis, fuissem tum explosus. Sed hominem capio. Qui de quæstione controversâ aliter sentimus, quàm credit Romana Ecclesia, quíq; aliter sacras Scripturas exponimus, *falsi* sumus, *hæretici* sumus, *Scripturas pravè detorquemus.* At licẽtior est hæc accusatio, quàm ut in unum me constari possit. Vos, (*viri, Patres, & fratres*) vos, qui puritatem doctrinæ cœlestis in Ecclesiâ *Britannicâ* resplendentẽ tenetis, unà petimini.

44 Illud fortassè singulare erit, & mihimet proprium, quod de *Patribus* rejectis blaterat. Et hoc me fascelevabo. Qui perpaucos è *Patribus* à *Bellarmino* pro *consiliis Evangelicis* citatos, sui seculi fascino, & vulgari errore deceptos dixerim; ideóne arguor, tanquã qui *Patribus* omnibus, omnibúsq; in causis, bellũ indixerim? Iniquissimè. Meam de *Patribus* sententiam hisce tum verbis exposui.[c] *Impia est illa in decretũ glossa*

[c] Cap. 2. par. 39.

ſa, ſcripta Patrum eſſe authentica, & tenenda omnia uſq; ad ultimum iota. Eam refutârunt ipſi Pontificii; Canus, Villavincentius, Sixtus Senenſis, & Cæſar Baronius, affirmantes; Sanctos Patres humano ſpiritu loquutos eſſe, ſubinde verbo, ſcriptóq; offendere, à ſcopo aberrare, nævos ſuos, & errores habere. Non eò hæc dixi, *ac ſi putarem, ſemel, & in univerſum abjiciendos eſſe Patres omnes, & nullo cenſendos loco in rebus fidei: ſed eò dixi, ut ne Patribus plus tribuamus, quàm ipſi ſibi tribui poſſe putaverũt. Priſcis ſanctæ Eccleſiæ Patribus, in quibus limatã ingenii aciem, elegantem in dicendo venuſtatem, nervoſam in diſſerendo* ἐνέργειαν, *meritiſſimò agnoſcimus, tribuendũ id* cẽſui, *nẽpè quidẽ in certis ut ſequamur, in ambiguis ut cõferamus, in obſcuris ut ſuſpicemur, in falſis ut negemus. Rectè cecinit tuba Academica; Multũ valet antiquitas, plùs æternitas, ſanctus Damaſus, ſanctior Dominus.*

45 Hæc mea tùm fuit de *patribus* ſententia. *Perfuga*, ſi malè loquutus ſum, teſtificare de malo; ſin benè, cur me incuſas, tanquam ſi malè? Rectè *S. Auguſtinus de literis Cypriani*, (contra Creſconium lib. 2. ca. 32.) *Literas Cypriani non ut Canonicas habeo, ſed eas ex Canonicis conſidero, & quod in iis divinarum Scripturarum autoritati congruit, cum laude ejus accipio, quod autẽ non congruit, cum pace ejus reſpuo.* Quid ni & ego de reliquorũ *Patrũ* ſcriptis itidẽ dicerem? Ea *non ut Canonica* habeo, ſed *ex Canonicis* cõſidero, & quod in eis divinarũ Scripturarum autoritati congruit, cũ laude eorum accipio, quod autem non congruit, cum pace ipſorum reſpuo. Et finis eſt.

Regi æterno, immortali, inviſibili, ſoli ſapienti Deo, tribus perſonis, Patri, Filio, et Spiritui ſancto, ſit honor & gloria in æternum, Amen.

FINIS.

APPENDIX
AD CAPVT SECVNDVM, DE CONSILIIS EVANGELICIS, in quâ ad omnes SS. PATRVM autoritates, ab HVMPHREDO LEECHIO pro *iisdem asserendis citatas, respondetur.*

AVTORE

SEBASTIANO BENEFIELD.
SS. THEOLOGIÆ D. COLLEGII
Corporis Christi Oxon. Socio.

Tertullianus lib. de carne Christi, cap. 5.

Non recipio, quod extra Scripturam de tuo infers.

Augustinus de Trinitate lib. 3. in Proœmio.

Noli meis literis, quasi Scripturis Canonicis inservire: sed in illis, & quod non credebas, cum inveneris, incunctanter crede; in istis autem, quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmiter retinere.

OXONIÆ,

Excudebat Iosephus Barnesius. 1610.

APPENDIX, AD CAPVT SECVNDVM, *de Consiliis Evangelicis.*

SEBASTIANUS BENEFIELD HVMPHREDO LEECHIO, *Sapere, & Valere.*

LAcessitus à te, Humphrede, qui aliàs delituissem, nunc in solem, atq; pulverem prodeo. Audaciùs clamas, *Scripturas à me detortas, spretósq; Patres.* Temerè facis, ac imprudenter, qui de istis litem cupias contestatam. At quia sic placet, en à me responsum uno verbo; *Nego. Scripturas à me detortas esse, spretósve Patres*, præcisè *nego.* Profer testes, si quos habes, eósq; omni exceptione majores: alias fateare oportet, esse te naviter impudẽtem, qui tantas in me calumnias confinxeris.

2 *Scripturis Canonicis* eam ego fidem habeo, quæ illis à Christiano homine debetur. Firmiter credo eas esse cœlestes voces, per quas Deus voluntatẽ suam nobis patefecit; esse vim, & potentiam Dei ad salutem; esse fundamentum Prophetarum & Apo-

stolorum, in quibus ædificata est Ecclesia Dei; esse certissimam fidei normam; in illis solis posse animos nostros acquiescere, utpote in quibus omnia ad salutem necessaria, cumulatè & plenè continentur: nulla alia hominum, quantavis sanctitate præditorũ, scripta; nullam consuetudinem; nec multitudinem ullam; nec antiquitatem; neq; temporum præscriptionem; neq; personarum successionem; neq; Concilia ulla; nulla deniq; hominum decreta, aut statuta, cum his conferri posse, aut comparari.

3 In quibus exponendis ad canones illos, qui à nostris proponuntur, identidem revolvi soleo. Piè quidem, atq; orthodoxè docent nostri, *Sacras Scripturas* exposituro hæc cumprimis observanda esse. Primum; *Ante omnia preces Deo effundendas*, [a] *ut eam viam teneamus, quæ rectissima sit, utq; nobis semper Spiritus sanctus suum lumen ostendat, facémq; clarissimam præferat.* Hoc sensu [b] Origenes; *Non solùm studium nobis adhibendum esse ad discendas sacras literas, verùm & supplicandum Domino, & diebus ac noctibus obsecrãdum, ut veniat agnus ex tribu Juda, & ipse accipiens librum, dignetur aperire.* Eâdem mente S. [c] Hieronymus; *Orationi lectio, lectioni succedat oratio.* Et elegánter sive [d] Augustinus, sive [e] Bernardus, sive quis [f] alius; *Lectio inquirit, meditatio invenit, oratio postulat, contemplatio degustat; unde ipse Dominus* [g] *dicit, Quærite, & invenietis, pulsate, & aperietur vobis. Quærite legendo, & invenietis meditando: pulsate orando, & aperietur vobis contemplando. Lectio quasi solidum cibũ ori apponit, meditatio masticat, & frangit; oratio saporẽ acquirit, contemplatio est ipsa dulcedo, quæ jucundat, & reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in de-*

[a] Whitaker. de S. Script. qu. 5. cap. 9. pag. 349. & c. 10. p. 355. Lubbert de princip. Chr. dogm. lib. 4. c. 3. p. 352.
[b] Homil. 12. in Exod.
[c] Ep. ad Lætã.
[d] Lib. de scala Paradisi c. 2.
[e] Lib. de scala claustralium.
[f] *Neq; enim Augustini, neq; Bernards esse videtur opusculum illud.*
[g] Matth. 7. 7.

side-

siderii postulatione, contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione. Nullum certè in *Scriptura* dogma est, cui nos nostris viribus intelligendo sufficimus. Valet regula; * *Animalis homo non est capax eorum quæ sunt Spiritûs Dei, nec potest* ea *cognoscere.* Quid igitur? Orandum, ut agnus ille de tribu Juda librum velit aperire, nobísq; Spiritum sanctum dare, qui nos sanctificet, qui mentes nostras illuminet, ut verbum Dei rectè intelligamus, piéq; exponamus. Atque hoc primum.

* 1. Cor. 2. 14.

4 Alterum est; [h] *linguas originales nobis esse cognoscendas; consulendum esse Hebraicum textum in veteri Testamento, Græcum in novo; ipsos Scripturarum fontes adeundos; in versionum rivulis minimè hærendũ.* Hoc idipsum est, quod est ab excellentibus [i] Doctoribus, ac Ecclesiæ Catholicæ luminibus, semper judicatũ, *turbatis rivulis*, utpote quando in eis varietas est, aut dubitatio, ad *fontes* esse recurrendum; ut Theologi Lovanienses, [k] *Harlemio Jesuitâ duce*, asseverãt. Apertè Sanctus [l] Hieronymus; *Sicut in novo Testamẽto, si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci sermonis, quo novum scriptũ est Instrumentũ: ita in veteri Testamento, si quando inter Græcos, Latinósq; diversitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatẽ, ut quicquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in rivulis.* Nec obscurè S. [m] Augustinus; *Latinæ linguæ homines duabus aliis* linguis *ad Scripturarũ divinarum cognitionem habẽt opus, Hebræâ scilicet, & Græcâ, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas.* Et canon est in [n] Decreto Gratiani, ascriptus eidem Augustino, quũ ta-

[h] Whirak. ubi suprà, p. 349. Hyperius de rat. stud. Theol. lib. 1. cap. 9. p. 67.

[i] Hieronymo, & Augustino.

[k] Præfat. lib. var. lect. in lat. bibl. edit. vulg.

[l] Epist. ad Suniam, & Fretel. to. 3. pag. 80.

[m] De Doct. Chr. l. 2. c. 11.

[n] Dist. 9. c. Vt veterum.

tamen Hieronymi sit in [o] epistola ad Lucinium Bæticum; *Ut veterum librorũ fides de Hebraïs voluminibus examinanda est: ita novorum, Græci sermonis normam desiderat.* Explicatiùs glossa; *Sicut recurrendum est ad volumina Hebræorum, si dubitatio aliqua oriatur de veteri Testamento: sic, si dubitatur super libris novi Testamenti, recurrendum est ad Græcorum scripta.* Profectò, versiones vel accuratissimæ, vel optimæ, dubitationi ex animis nostris penitùs tollendæ, nequaquam sufficiunt. [p] Postremum refugium, tanquam ad sacrã anchoram, habemus, in *veteri Testamento,* ad veritatem *Hebraicam*, quam Deus mirabili providentiâ per tot secula incorruptam servavit; & in *novo*, ad *Græcam*. Ex limpidissimis hisce fontibus suavem, & siti sedandæ accommodum liquorem hauriemus, quem ex rivulis procul inde deductis nunquam eramus percepturi.

5 Tertium est; [q] *In verbis sacri contextûs attendẽdum esse, quæ propria sint, quæ figurata.* Perperã faciunt, qui figuratos sermones propriè accipiunt, literámq; urgent adversus spiritum. Næ illi id efficiunt, *ut,* [r] *quod dictum est ad interiorem hominem renovãdum, ipsum fidem subvertat, ac apertum animæ creet periculum.* Huc illud Sancti Augustini de doctrina Christiana lib. 3. cap. 5. *Cavendum est, ne figuratam loquutionem ad literã accipias. Ad hoc enim pertinet, quod ait Apostolus, Litera occidit, Spiritus autẽ vivificat. Quum enim figuratè dictum sic accipitur, tanquam propriè dictum sit, carnaliter sapitur. Nec ulla mors animæ congruentiùs appellatur,* &c. *Ea demum est miserabilis animæ servitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculũ mẽtis ad hauriendum æternũ lumen levare non posse.* [s] Maximè itaq; investigandum est, utrùm *propria* sit, an *figu-*

[o] Tom. 1. p. 194.

[p] Villavincẽt. de rat. stud. Theol. l. 1. c. 9. p. 42.

[q] Whitaker. ubi supra. Johan. Rainoldus de Idololat. Rom. Eccl. 2. 6. 6. Hyper. de rat. stud. Theol. l. 2. c. 38.

[r] Bilson. in Theophilo. par. 4. p. 576.

[s] August. de Doctr. Christ. l. 3. c. 24.

gurata loquutio, quam intelligere conamur. Quod ut faciliùs possimus, quartum est adjungendum.

6 Illud est;[t] *cujusq; loci scopum, finem, materiã, circunstantias, antecedentia etiam & consequentia considerari oportere*. Parùm utilis est, fortassis & supervacanea, certè periculosa, ea interpretatio, quæ autoris scopum non attingit, finem nõ assequitur, materiam non explicat, circunstantias non tenet, ex antecedentibus, & consequentibus non pendet. Singulis, quę in se aperta sunt, amplificandis immorari nolo. Prudentem Lectorem benè monet S. Hieronymus, ut[u] *consideret priora, media, & sequentia; & nectat sibi universa quæ scripta sunt*. Pleniùs Sanctus Augustinus, sed & eleganter[x] demonstrat, quomodo ad eruendam certam *Scripturarum* sententiã, tùm præeuntia, tùm subsequentia pensitari debeant. Si ad ista animos attẽderimus, haud difficile nobis erit errores refutare, eáq;, quæ primò obscura videbantur, apertè intelligere.

[t] Whitaker. cont. 1. q. 5. c. 9 Hyper. de rat. stud. Theol. l. 2. c. 11. observ. 1. 3. 4.

[u] Comment. in Matth. 25.

[x] Epist 29. ad Hieron. & ep. 79. ad 9. quæst. Paulini, qu. 7.

7 Eodem accedit, quòd[y] *loca S. Scripturæ sibi invicem sint conferenda: similia cum similibus, dissimilia cũ dissimilibus, obscuriora cum apertioribus, et minùs obscuris*. Hoc volo; *Scripturas* per *Scripturas* exponendas esse. Est istud quidem tutissimũ. Si enim, ubi difficultas aliqua occurrerit, censuris humanæ rationis standum erit, ecquid aliud quàm meram hallucinationẽ, & fœdos errores sperare poterimus? Audacissimum fuit in Colloquio Ratisbonensi Jesuitę Gretseri pronuntiatum;[z] *Judex generalis, legitimus, & ordinarius omnium controversiarum, est Pontifex Romanus, sive solus definiat, sive cum Cõcilio generali. Iste est infallibilis, nulli errori obnoxius, quando decernit ut Pontifex*. Istud, credo, didicerat, discere certè potuerat, à Gregorio de

[y] Whitak. ubi suprà. Item Hyperius observ. 6. 7. Thel. Piscator. loc. 1. parag. 57.

[z] Διαγραφ. colloq. Ratisb. autore David. Rungio.

de Valētia; qui in analysi fidei Catholicæ, [lib.8.c.3.] in eo multus est, ut doceat, *Papam, sive cum consensu Cardinalium, sive sine eo definiat; sive studium adhibeat, sive nō; in decretis fidei nullo modo errare posse.* Ita Gretserus & Valentianus absolutum in *Scripturas* judiciū soli Romano Pontifici deferunt. Cautiùs hîc illi agūt, qui vel *Patrum cōsensui*, vel *Ecclesiæ*, id est, (a Bellarmino interprete) *Pontifici cum Concilio*, has judicādi partes attribuunt. Quāquam nec illi rectè. Si enim penes *consensum Patrum, Ecclesiam*, aut *Pontificem cum Concilio*, summa esset autoritas judicandi de *Scripturis*, eásq; interpretandi: fides nostra ultimò in ista resolveretur, essēntq; hæc prima fidei nostrę principia; *Patres dixerunt; Ecclesia dixit*; sive, quod idē est, *Pōtifex cū Cōcilio dixit*. Quæ quàm absurda sint, nihil opus est asserere.

a De verbo Dei, l.3. cap.3. par. Tota igitur.

8 Convenit inter nos, & Pontificios, *Scripturas* intelligi debere eo spiritu, quo factæ sunt, id est, Spiritu sancto. Dat istud b Bellarminus æternâ inductus veritate, quam B. Petrus scriptis tradidit nunquā perituris: *Si illud primùm noverîtis, nullā prophetiā Scripturæ esse propriæ explicationis. Non enim libitu hominis allata est olim prophetia, sed acti à Spiritu sancto loquuti sunt sancti Dei homines.* Quibus verbis Apostolū probare confitetur; *non debere exponi Scripturas ex proprio ingenio, sed secundum dictamen Spiritûs sancti, quia non sunt scriptæ humano ingenio, sed ex inspiratione Spiritûs sancti.* Rectissimè. Aliud ego nihil volo. *Exponi debent Scripturæ secundum dictamen Spiritûs sancti.* At Spiritus S. nusquam apertiùs, quàm in *Scripturâ* loquitur. Aperta est illatio. Ergò sensus *Scripturæ* ex ipsâ *Scripturâ* est petendus. De consequentiâ hac firmā-

b Vbi suprà. parag. Convenit.

c Epist.2.cap.1.vers.20,21.

dâ

dâ minimè sum solicitus, quippe qui nôrim esse eam à magno illo Theologo,[d] *Rainoldo nostro*, fusè ac nervosè ex S. Augustino comprobatam.

9 Minutula nolo percẽsere. Unicũ adjicio:[e] Omnes nostras expositiones convenire debere *analogiæ fidei*. *Analogia* autẽ *fidei* nihil aliud est, quàm constans, & perpetua sententia *Scripturæ*, in apertis & minimè obscuris locis expressa; quales sunt articuli fidei in symbolo, quæq; continentur in oratione Dominicâ, in Decalogo, in Catechismo. Falsa erit expositio quæcunq; huic *analogiæ* repugnabit.

10 Habes, Humphrede, canones, quibus præcipuè utimur, ut investigemus, quis sit sensus, quæ mẽs *Scripturarum*. Eos ego, quoad potui, sequutus interpretationem contextûs illius, quem tu à me violẽter detortum tantoperè deprędicas, aggressus sum. Sicubi errârim, argue. Ad perversam expositionem, siqua fuerit, notam appone tuam. Aristarchum te præsta. Non adeò obtusum pectus gesto, ut ignorem satiùs esse recurrere, quàm malè currere. Viam monstra tutiorem, & sequar.

11 Video, quam mõstras, viam. Eam ad intempestivi *Triumphi* tui calcem delineas. Grãdem ibi *Patrum* selegisti inquisitionẽ: *Latinorum* duodenos, *Græcorum* totidem. Eorum me numero, & pondere obrutum vis, & oppressum. Atqui, ut potero, me levabo. Licebítne primò unum à te sciscitari? Unde, quęso, locos illos tot, ac tantorum Patrum excerpsisti? Ex ipsis autographis? Id ego de omnibus haud facilè crediderim; quippe qui ipsum te, nonnullam tuam in Græcis ignorãtiam, coràm profitentem adverterim. Age: habenda tibi gratia est, aut indiculis, nescio quibus; aut

[d] In Colloquio cum Hart. c. 2. sect. 2.

[e] Whitaker. controv. 1. q. 5. c. 9. Polan. thes. part. 1. de verbo D. parag. 286. Piscator. thes. part. 1. loc. 1. par. 65.

Canonico Juliacensi, Jodoco Coccio: è cujus [f] Thesauro Catholico, istam tuam antiquitatis armaturā expromere, si tibi collibitum fuisset, potuisses. Undecunq; eam compilâris, meâ haud magni interest.

[f] Tom. 2. lib. 4. de consil. Evang. & vitâ Monast. art. 1.

12 Admonuit Cotonum [g] Chamierus, duo præcipuè, cùm in omni studiorum ratione, tùm maximè in seriâ religiosæ antiquitatis investigatione, præstanda esse. Primùm, *ne superficiariâ, & ἐπιπολαίᾳ lectione contenti, solas syllabas aucupemur: sed penitùs singula etiam minima rimantes, quasi introducamus nosipsos in ipsa eorum quos legimus mentis arcana; ne fortè, quod sæpè fit, variâ vocabulorum notione & usu decepti, ea concipiamus animo, quæ nostris autoribus in mentem, ne per somnium quidem venerunt.* Deinde, (quia dogmata quærimus Catholica; ea autem haberi non possint nisi totâ antiquitate ὅλως consideratâ, vel saltem κατὰ τὸ πλεῖον) *ne sic singulis hæreamus locis, tanquam essent laceri corporis membra dissipata: sed consideremus totum antiquæ doctrinæ corpus, in quo omnia sint ἀναλογὰ, sibique mutuò respondentia.* Quæ duo si tu naviter præstitisses, nunquam in eam veniisses spem, ruinam doctrinæ Pontificiæ de *Consiliis Evangelicis*, locis *Patrum* à te citatis, fulciri potuisse.

[g] Epist. Iesuit. part. 1. p. 53.

13 In quibus examinandis, quicquid reliquum erit hujus appendicis, impendetur; modò istud priùs de *Patribus* in genere præmonuero; eam me eis venerationem exhibere, quâ nec *ipsi* majorem optarēt, nec *Jesuitæ* parem unquam detulerunt. Quicquid *quingentis post Christum annis* unanimi consensu ad æternam salutem necessarium esse statuerunt, eidem ego acquiesco. Sed privatis singulorum *Patrum* sententiis ita meam mentem astringere, ut ab eis recedere

dere integrâ *fide* non possim, neq; expedit, neq; licet. Summa hæc est; veterem *Ecclesiam*, veteréſq; *Patres* ita veneror, ut neq; in dogmatibus, neq; etiam in sacrarum literarum interpretationibus, facilè ab illis declinem: sed tum demum duntaxat, quũ & manifestissimis *Scripturæ Canonicæ* tùm verbis, tùm testimoniis, & plusquam necessariis, ex principiis fidei deductis consecutionibus, cogar ab eis dissentire. Quod quidem in istâ de *Consiliis* disceptatione quandoque facio; neq; tamen propterea *Patres* sperno, quemadmodum tu me vis.

14 Descendo jam tandem in eam causam, quâ te superiorem arbitraris. Quæso te, mi Humphrede, agamus utrinq; candidè; agamus Theologicè. Autoritates *Patrum* quas adducis, æquâ lance pensitemus. Planum facio, eas omnes non perinde à te esse, atq; ipse autumas. Apud te primi sunt *Latini Patres*; eorúmq; primus est *B. CYPRIANVS*; cujus verba in libro de disciplinâ & habitu virginum, quæ tu intẽdis, sic habent: *Nec hoc jubet Dominus, sed hortatur; nec jugum necessitatis imponit, quãdo maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed quũ habitationes multas apud Patrem suum esse dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat. Habitacula ista meliora vos petitis; carnis desideriã castrantes, majoris gratiæ præmium in cœlestibus obtinetis.* Hujus loci, quem totum *Bellarminus* pro clarissimo *Consiliorum Evangelicorum* testimonio recitat, tu fragmentum tantùm affers; & Cyprianum sic loquentem introducis: *Dominus noster ad virginitatem nos hortatur, sed jugum necessitatis non imponit.*

15 Respondeo. Primùm, [h] *Cyprianus* de *consiliis Monasticis* ne verbum quidem habet. Id tantùm dicit;

[h] Sutliv. de Monach. cap. 13. parag. Cyprianus, pag. 67.

dicit: *Quum jam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam possunt spadonum more viventes, castrantur ad regnum. Nec hoc jubet Dominus, sed hortatur.* Deinde; *Dominus non jubet, sed hortatur cōtinentiam.*] Verum quidem est. *Præcepto communi*, & *verbo revelato* non jubet Dominus, sed hortatur *continentiam*: at *præcepto speciali*, sive *singulari*, *internóq; doni, vocationis, & voluntatis divinæ testimonio*, non tantùm hortatur ad *continentiam*, sed & eādem jubet. Hoc sensu acutissimus [i] Junius: *Virginitatem* non mandat Dominus *revelato verbo suo*, sed liberam relinquit sine ullo necessitatis jugo; licèt intùs eam mādet suis, quibuscunq; vult, *dono, vocatione, & dictamine Spiritûs*. Deniq;; *virgines*, de quibus agit [k] *Cyprianus*, liberè vivebant [l] extra votum, extra monasterium, extra monachatum. [m] In monasteriis non includebantur, regulis certis non astringebantur, nec à *nuptiis*, si non possent continere, excludebantur. Illæ, imaginē ejus, qui de cœlo est, portantes, *castrabant desideria carnis, disciplinæ Dei memores* erant, *justitiam cum religione retinebant*, erántq; *stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendam injuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraternâ pace unanimes, atq; concordes.*

[i] Animadvers. in Bellarm. Controvers. 5. lib. 2. cap. 11. parag. 6.
[k] Vbi suprà.
[l] Danæus in resp. ad 5. cōtrov. c. 11.
[m] Sutliv. de Monach c. 13. parag. Cypr.

16 At quid hæc ad *virgines* in Papatu? Nihil prorsus. De iis veriùs dixeris, quod *B.* [n] *Hieronymus* de nonnullis sui ęvi: *Eas* quidem *vocari castas, et Nonnas*; sed *sterilitatem* sibi, pharmacis accersitam, *præbere, & si senserint se concepisse, de scelere abortii venena meditari*: nihil esse minùs, quàm castas. Illa plùs quàm sex millia infantum capita Gregorio primo ex vivario, quū pisces vellet, allata, (quod ad Nicolaum Papam scribit

[n] Ad Eustochium de custodiâ virginitatis.

*Hul-

*Huldericus) *miram* loquũtur in Monasteriis *castitatem*. Eandem loquitur & Gregorius Papa 12. in o Bullâ de statu, & conditionibus religiosorum ordinis S. Benedicti terræ Frisiæ. *Sanè*, inquit, *nuper ad nostrum pervenit auditum, quòd in partibus Frisiæ, 22 monasteria ordinis S. Benedicti, Bremensis, Monasteriensis, & Trajectensis diœceseos consistunt;---in quibus penè omnis---Dei timor abscessit, libido & corruptio carnis inter ipsos mares & moniales, necnon alia multa mala, excessus, & vitia, quæ pudor est effari, per singula succreverũt, ac de die in diem magis pullulant, et vigent in ipsis.* Haud patitur *Nicolaus de Clemãgis* se in arctis terræ *Frisiæ* limitibus includi. Expatiatur liberiùs; déq; *monialium* impudicâ vitâ & cõversatione generatim p exclamat: *Quid, obsecro, aliud sunt hoc tempore puellarum monasteria, nisi quedam, non dico, Dei sanctuaria, sed Veneris execranda prostibula, sed lascivorum, & impudicorum juvenum ad libidines explendas receptacula; ut idem hodie sit puellam velare, quod & publicè ad scortandum exponere.* Parem nunc apud vos impuritatem reperiri, fidem mihi facit autor libelli *de occultis Jesuitarum studiis* nuper editi. Ille, ea tantùm narrans, quę ab ipsis acceperat Jesuitis, haud obscurè dicit; *ne lenonem quidem Terentianum ad turpissimos scortorum amores conciliandos plùs potuisse, quàm hodiè possunt Jesuitæ.* Si tales sint Jesuitæ, dic sodes, qualem putas reliquam religiosorum turbã? Jurabis, haud dubito, *virgines Cypriani* nihil ad vos. Habes responsum meum ad primum *Cypriani* locum.

* Exstat ejus Epistola in Catalog. test. verit. lib. 9. Quin & in Bibliotheca Collegii Corporis Christi Cantabrigiæ extare exemplar hujus epistolæ valde antiquum sub nomine Volusiani ad Nicolaum 1. testatur Perkinsus Problem. pag. 196.

o Apud Theod à Niem Nemoris unionis tract. 6. c. 34.

p Lib. de corrupto Eccles. statu.

17 Alterum ex eodem profers; è Sermone *de Nativitate Christi*. Verba sunt; *Etsi bona sunt, & à Deo instituta conjugia, melior tamen est continentia, & virginitas excellentior; quam non cogit necessitas, aut mãdatum*

tum, sed perfectionis suadet cõsilium. At quî probas hęc verba *Cypriani* esse? An, quia [q] *Coccius* ea sub nomine *Cypriani* profert? At [r] *Bellarminus* non adducit: cóq; saltem nomine, de eis citandis parumper hæsitasses. Sermo iste *de Nativitate Christi* primus est eo in libro cui titulus; *Ad Cornelium Papam de cardinalibus operibus Christi:* de quo quidem, vir juvãdis optimis studiis benè natus, [s] *Erasmus Roterodamus* ita censuit; *eum in operibus quæ falsò ascripta videntur Cypriano, enumerãdum esse.* Quam ejus censuram approbârunt, non tantùm [t] *Magdeburgenses*, sed & alii, viri quidem exquisitè docti, [u] *Perkinsus*, & [x] *Scultetus*. At hi tuis sordent oculis. Agedum, hoc mihi expedi. Parvíne æstimas *Jacobum Pamelium*, *Sixtum Senensem*, *Antonium Possevinum*, aut *Robertum Bellarminum*? Minimè, inquies. Audi igitur [y] *Pamelium*; *Certi nihil pronuntiare possum de autore.* Audi [z] *Senensem*; *Quum autor libri de cardinalibus Christi virtutibus ad Cornelium Papam, testetur se noluisse proprii nominis titulo opus suum prænotare, nescio quis illud Cypriano ascripsit, & illius scriptis inseruit, eâ forsitan conjecturâ permotus, quòd Cyprianus ad eundem Pontificem scripserit.* Audi [a] *Possevinum*; *Liber ad Cornelium Papam de cardinalibus operibus Christi--- non est Cypriani.* Audi deniq; [b] *Bellarminum*; *Sermones de operibus cardinalibus Christi, falsò inscribũtur Cypriano.* De autore libri incertus est *Pamelius*; non esse *Cypriani* spondent *Senensis*, *Possevinus*, & *Bellarminus*. Quid ulteriori opus est responsione?

18 Immò, inquies, opus erit. Etenim pro *Cypriano* facere videntur, tùm voces, phrases, & schemata toti operi interjecta; tùm frequens inculcatio baptismi, sanguinis & martyrii, latronis, tractatus de stellâ

&

[q] Thesaur. Cathol. tom. 2. l. 4. artic. 1.
[r] Controv. 5. l. 2. c. 11. parag. Iam ex.
[s] In edit. Cyp. Basil. apud Froben. 1520.
[t] Cent. 3. c. 10. p. 245.
[u] In problem. p. 13.
[x] Qui inter germana Cypr. scripta hunc lib. non ponit Medull. Patrum. tom. 1. lib. 8. c. 1. p. 313. sed eundem respuit. ibid. c. 24. p. 370.
[y] In argumẽto l. de cardinal. oper. Chr.
[z] Bibl. sanct. lib. 4. de falsa libror. inscrip. p. 321.
[a] In apparatu sacro; voce, Cyprianus.
[b] De amiss. grat. & stat. pecc. lib. 6. c. 2. parag. Autor Sermonũ.

& Magis, de Cœna Domini, de passione Christi. Et, *certè*, ait *Pamelius; *Cujuscunq; sit, scriptum constat ætate Cornelii et Cypriani, atq; adeò eandem autoritatem meretur.* Et [c] Possevinus; *Liber iste, etsi nõ est Cypriani, est tamen antiqui, & docti autoris.* Etiã [d] Bellarminus; *Etsi is autor non est Cyprianus, est tamen autor omnium consensu antiquus & doctus, sed Cypriano, immò et Augustino, sine dubio posterior.* Capio; & respondeo cũ [e] Sulteto; Autorem istum ἀνώνυμον, antiquum, doctum, eandem cum Cypriano autoritatem commeritũ, Augustino licèt posteriorem, *nimis hyperbolicè virginitatem commendare.*

* Vbi suprà.

[c] Vbi suprà.

[d] De sacram. confirm. cap. 6 parag. Autor. & c. 12. parag. tertio quod. & de amiss. grat. & stat. pecc. l. 1. c. 6. parag. De eadem. & l. 6. c. 2. parag. Autor.

19 Fuit quidem veteribus post annum à Christo ducentesimum perquàm familiare, ut *virginitatem* vel honesto *matrimonio* præferrent, vel hyperbolicõs & immodicè laudarent. Quo in numero cẽsendi sunt non tantùm iste tuus suppositititius *Cyprianus*, sed & alii *primævæ Ecclesiæ* Patres à te producti, de quibus suo loco. Animadvertit [f] *Hospinianus*, cœpisse mysterium iniquitatis jam tùm operari, & superstitiosi cœlibatûs semina spargi; quæ mox per ipsos Doctores, & Ecclesiarũ antistites, amplissimas fecerunt radices. Aliquot hujusce rei causas paucis proponam, si priùs *B. Pauli* sententiam de *virginitate* aperuero.

[e] Medul. Patr. tom. 1. l. 8. c. 24. p. 370.

[f] De orig. Mon. l. 3. c. 1.

20 [g] Alfonso Salmeroni, & [h] aliis, verisimile videtur, Corinthios à Paulo aliquandò quæsiviisse; *An Christiani filias virgines elocare debeant, an tãquam Deo sacras in perpetuâ virginitate servare, ut perfectiùs Deo serviant.* Apostolus summâ cũ prudentiâ respondet, 1. Cor. 7. 1. *Bonum* esse *viro mulierem nõ attingere*: sed casum necessitatis excipit; videlicet, si cui ad vitandum libidinosas pollutiones, conjugium, ut remedium divini-

[g] In 1 Cor. 7. disp. 13. tom. 14.

[h] Erasmo Roter. paraph. in 1. Cor. 7. Erasmo Sarcerio apud Marlorat. Hospiniano de orig. Monach. lib. 3. c. 1 fol. 30. b.

vinitùs ordinatum, fuerit necessarium; vers. 2. *Propter fornicationes suam quisq; uxorem habeat, & suũ quæq; virum.* Deinde, dicit ver. 7. *Velim omnes homines esse, ut & ipse* sum. Mox tamen sermonem suum corrigit antithesi voluntatis divinæ, cui non est visum *continentiæ* donum omnibus dare, versu eodem; *Unusquisq; proprium donum habet ex Deo; alius quidem ita, alius autem ita.* Porrò, vers. 8. *Cælibibus & viduis dico, bonum iis esse, si manserint, ut & ego.* Sed statim addit cautionem vers. 9. *Si se non continent, γαμησάτωσαν, matrimonium contrahant.* Rationem subjicit, quia *melius est matrimonium contrahere, quàm uri.* Præterea, vers. 25. *Solutus es ab uxore? ne quære uxorem.* Et huic sermoni temperamentum adhibet, vers. 28. *Si etiam duxeris uxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccavit.* Postremò, vers. 32, 33, 34. *Qui cælebs est, curat ea, quæ* sunt *Domini, quomodo placebit Domino: at qui uxorem duxit, curat ea quæ* sunt *mundi, quomodo placebit uxori.* Ac vicissim; *Innupta curat ea, quæ* sunt *Domini, ut sit sancta cùm corpore, tùm spiritu: quæ verò nupta est, curat ea quæ* sunt *mundi, quomodo placebit viro.* Illicò admonet, se nolle cujusquam conscientiam irretire, ut scilicet cum malâ conscientiâ in cœlibatu vivat, qui donum continentiæ non habet, vers. 35. *Hoc autem dico vestro commodo, non ut laqueum vobis injiciam, sed ut decenter & aptè adhærescatis Domino, absque ullâ distractione.* Aperta est Pauli mens. Haud plus ille perfectionis, sanctimoniæ, & castitatis *virginitati*, quàm *nuptiis*, tribuit; neque magis ille *cælibatum*, quàm *conjugium*, suadet. Pro variis personarum, & temporum circumstantiis, & conditionibus à se positis, tùm *cælibatum*, tùm *nuptias* haud nudè suadet, sed

&

& præcipit: *cælibatum* quidem iis, qui continentiæ donum habent; iis verò qui non habent, *nuptias*.

21 Causas nunc affero, cur antiquitùs tantos in Ecclesiâ *virginitas* progressus fecerit. Prima est; quòd nonnulli, verba *B. Pauli* simpliciter, sine cautionibus, restrictionibus, & temperamentis capientes, sibiipsis facilè persuaserunt, *cælibatum* & *virginitatem conjugio* longè præstantiorem esse; esse cultum Deo gratissimum, atq; acceptissimum. Secunda ejusmodi est; res Ecclesiæ Apostolorũ ævo, & pòst passim erãt afflictissimæ: [i] omnia malorum causa *Christianus* affingebatur; [k] fæda, horrendáq; scelera ab eisdem admissa dicebantur. Unde factum fuit, ut sine discrimine [l] in carceres includerentur, [m] plumbatis, fustibúsque contunderentur; trochleis, ac equuleo torquerentur; liquefacto plumbo, ferventi pice, oleóq; perfunderẽtur; in crucem, in rotam tollerentur; sævis bestiarum dentibus dilaniandi objicerentur; aliáq; ad supplicia dira, & exquisita tormenta raperentur. [n] In tantis persecutionum procellis, *virginitatis* statum apprimè sibi cõvenire judicabant *Christiani*; utpote quibus minùs grave esset ac molestum, si *soli* fugerent, *soli* trucidarentur, jugularentúrq;, quàm si ad hæc cogerẽtur etiam soliciti esse de *uxore* & *liberis*. Sæpè fit, ut cõspectu & recordatione *uxoris* & *liberorum*, frangantur animi. Hâc itaq; necessitate *virginitatem* putabãt ad onera exilii, vinculorum, persecutionis, perferenda expeditiorem. Tertia est; laborabat Ecclesia iis temporibus gravi infamiâ. Quia enim [o] *horis antelucanis*, et in *tenebris* metu tyrannorum conveniebant, vulgus mox cœpit res nefarias suspicari; homicidia, sacrilegia, incesta, infanticidia, pabulum de crudâ, *promiscuas*

[i] Cyprian. ad Demetrianum
[k] Tertull. ad Scapulam. & in Apologet.
[l] Cyprianus ubi suprà.
[m] Pet. Gallonius de Sanct. Mart. cruciatibus.
[n] Hospin. de orig. Monach. lib. 1. cap. 3.
[o] Tertull. in Apologet. c. 7. Iustin. Martyr. Apolog. 2.

miscuas libidines, candelas extinctas, ipsissimam Gnosticorum turpitudinem. Cujus suspicionis delendæ causâ, [p] juvenis quidam Alexandrinus cum chirurgo egit, ut ab eo *castraretur*. Respondet Chirurgus non licere hoc sibi sine autoritate præsidis. Quarta, & postrema est; qui ad Christum accedebant, plerunque erant *Ethnici*. Eos autem in sacrorum suorum ministris *virginitatem* maximi feciſſe, testes occurrunt [q] *Vestales* Romanorum, [r] *Hierophantæ* Athenienſium, & [f] *Sacerdotes* Ægyptiorum. Hisce fiebat ferè causis, ut Apostolorum adhuc ætate magnus esset inter Christianos *virginum* numerus, earúmque ab omnibus laudaretur institutum, à multis etiam sibi ad imitandum proponeretur. Atq; hinc seculis insequentibus adeò invaluit *virginitatis* opinio, ut in laudibus ejus asserendis vel ipsi Ecclesiæ Catholicæ antesignani, Patres ac Antistites, mirificè fuerint superstitiosi.

[p] Iustin. Mart. ibidem.

[q] Liv. hist. ab. urb. cond. l. 1.
[r] Hieron. cõt. Iovin. lib. 1. & lib. de Monog. ad Geruntiã.
[f] Hieron. cõt. Iovin. lib. 2.

22 Horum ego cœtui *Cyprianum* tuum suppositium annumero. Suppositium? Ita est. Ex [t] prædictis satis liquet. Et habe certum autoris nomen ex inscriptione [u] codicis manuscripti: *Incipit prologus D. Arnaldi Abbatis Bonæ-vallis in librum de cardinalibus Christi operibus, quem scripsit ad Adrianum Papam.* Si vera sit inscriptio, ecce, *Arnoldus* [x] Carnotensis, *Abbas Bone-vallis*, quondam Bernardi [y] *discipulus*, etiam [z] familiaris amicus, *librum de cardinalibus Christi operibus scripsit ad Adrianum Papam IV.* in locum Anastasii [a] subrogatum. Hiccine antiquus ille autor est? Hiccine *Cyprianus* tuus?

[t] Parag. 17. & 18.

[u] *Qui habetur in Bibliotheca Collegii Omnium Animarum, Oxoniæ.*

[x] Bernardus epist. 310.
[y] Possevin. in appar. sacr.
[z] Tritem. in Catalog. script.
[a] *Anno Christi* 1154. Baron. Annal.

23 At quisquis fuerit, *virginitatem nuptiis* anteponit. Fatcor: atq; id fecit superstitiosa *virginitatis* opi-

opinione abreptus. Sed quid hoc ad *consilia Evangelica?* Ea, inquies, expressè ponit, ubi de virginitate addit; *quam non cogit necessitas, aut mandatum, sed PERFECTIONIS suadet CONSILIVM*: & certè *consilium perfectionis* est *Evangelicum*. Esto. At nullum esse *Perfectionis consilium* [b] aliàs ex eo comprobavi, quòd omnes sine discrimine etiam *necessitate præcepti* vocemur ad *perfectionẽ*. Vide, sis, prælectionẽ meam secundam. Atq; adjicio, hæc tua *perfectionis consilia* à S. Augustino *præcepta* nuncupari: *Sic*, [c] inquit, *audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem caritatis.* At *perfectio* magis in *virginitate*, quàm in *nuptiis* consistit. Contrà Clemens Alexandrinus; *Qui fuerit perfectus, exempla habet Apostolos: & revera vir ostenditur, non in eo quòd vitam elegerit monasticam; sed ille viros vincit, qui in matrimonio, & liberorum procreatione, ac domûs curâ ac providentiâ, citra voluptatem & dolorem se exercet, & cum domûs curatione est indivulsus à Dei caritate, & insurgit adversus omnem tentationem, quæ affertur per filios, uxorem, & famulos, & possessiones.* Hęc ad Cyprianum tam germanum, quàm supposititiũ plus satis

[b] Cap. 2. parag. 21.

[c] Lib. de perfectione justitiæ, ad Celestium.

24 OPTATVM subjicis, Ecclesiæ Milevitanę in Numidia Episcopatu celebrem: eúmq; sic citas; [d] *Virginitas voluntatis res est, nõ necessitatis. Quamobrem respondebat S. Paulus, de virginibus præceptum Domini se non habuisse, consilium autem dedisse, &c.* Dic bonâ fide. Ipsúmne autorem inspexisti? Haud videris, ita malè verba recitas. At rem tenes, & satis est. Benè habet. Ego vices tuas impleo, Optatúmq;, autorem pium, elegantem, & disertũ, pro te specie tenus, verbis propriis

[d] Contra Parmenianũ, l. 6.

loqui facio *Virginitas voluntatis res est, non necessitatis.—A Paulo quum quæreretur, Quid de virginibus? nihil esse mandatum confessus est.—Non præcepta, sed consilium erogat Paulus ad virginitatem.*

[e] 1.Cor.2.14. 15. 25 Respondeo. Distinguit B.[e] Paulus hominem in ψυχικὸν, & πνευματικὸν: ut alia ratio sit hominis, quà homo est, quà animalis, quà naturalis; alia, quà Christianus est, quà spiritualis. Homo ψυχικὸς *ex principiis naturæ*, aut *conjux* est, aut *cælebs*: πνευματικὸς verò, non ex solo naturæ ductu, sed etiam *ex doni, & vocationis divinæ conscientiâ*, vel contrahit, vel non cõtrahit matrimonium. Jam, quod ait Optatus, [*virginitatem voluntatis rem esse, non necessitatis,*] verum quidem id est respectu hominis ψυχικῦ, at respectu πνευματικῦ non item. Homo naturalis solius naturæ dictamine per *voluntatem*, aut uxorem ducit, aut à ducendâ abstinet. Idem facit homo spiritualis, sed ex dictamine spiritûs

[f] 1.Cor.7.17. gratiæ; ideóq; *ex necessitate*. Rectè Apostolus, [f] *ut unicuiq; donum partitus est Deus, ut unumquemq; vocavit Dominus, ita incedat.*

26 Deinde, quod sequitur in Optato, [*A Paulo cùm quereretur, Quid de virginibus? nihil esse mãdatum confessus est,*] intelligi id potest, si secernẽda distinguamus: præceptum à præcepto, præceptum commune à particulari, hoc est, *præceptum à consilio*; sic enim præceptum particulare Patres aliquando indigitant. Utrumq; præceptum est; prius est commune omnium, posterius particulare aliquorum ex dono & vocatione Dei. De priore capio verba jam allata. Ac certum est B. Paulum de *virginibus præceptum* Domini non habuisse, *præceptum* scilicet *commune*, quod omnium

[g] Mat.19.11. est, quia [g] *non omnes capiunt*: cùm tamen haberet *præceptum*

ceptum particulare, quod aliquorum est, eorum nempe, [h] οἷς δέδοται, qui donum habent continentiæ; quibus præcipitur, Mat. 19. 12. [ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω] ut qui virginitatis *capax est*, is *capiat*. [h] Ibid.

27 Adjicit *Optatus*; [*non præcepta, sed consilium erogat Paulus ad virginitatem:*] eodē planè intellectu. Paulus ad *virginitatem* erogat, non *præcepta*, quę omnium communia sunt; sed *consilium*, id est, *præceptum particulare*, quod paucorum est, quibus Deus *virginitatis donum* partitus est. [i] Pauli [γνώμην] reddit Optatus per [*consilium.*] Latinam ille sequutus est translationem, ut & veteres Latini ferè omnes. De quibus, ex doctissimis Francisci Junii [k] animadversionibus, duo libet observare. Primum; qui *consilium* dixerunt, eorum aliquot *consilii* appellatione *præcepta Evangelica* intellexisse: alterum; qui nomen *consilii* secùs accepêrunt, eos de conjugio & cœlibatu, *sine doni et vocationis divinæ cõtemplatione*, loquutos esse. *Optatum* autem nostrum in eorum ego numerum ascribo, qui *præcepta Evangelica* nomine *consilii* donanda putaverunt. [i] 1. Cor. 7. 25. [k] In Bellarm. Controvers. 5. lib. 2. c. 9. par. 81.

28 Transeo ad AMBROSIVM, cujus duobus locis te benè fultum opinaris. Prior desumitur ex epist. 82. ad Ecclesiam Vercellensem; posterior ex libro de viduis. Verba agnosco, in priore; *S. Apostolus de virginibus præceptum non habet, consilium habet. Non enim præcipitur quod supra legem est:* in posteriore; Fœminę ad vitam cœlibem *non coguntur autoritate aliquâ præcepti; sed--diversis virtutibus merces diversa proposita est. Nec aliud reprehenditur, ut aliud prædicetur: sed omnia prædicantur, ut quæ meliora sunt, præferantur.* [l] *Honorabile itaq; conjugium, sed honorabilior integritas: nã* [l] Heb. 13. 4.

m 1.Cor.7.38. & m *qui matrimonio jungit virginem ſuam, benè facit; & qui non jungit, meliùs facit. Quod igitur bonum, non vitandum eſt; & quod eſt melius, eligendum eſt. Itaq; non imponitur, ſed præponitur. Et ideo benè Apoſtolus dixit;*

n 1.Cor.7.25. n *De virginibus---præceptum Domini non habeo, conſilium autem do---*

o Junius animadverſ. in Bellarm. Controverſ. 5. lib. 2. c. 11. par. 7.

29 Reſpondeo, *B. Ambroſium* o *conſilii* nomine *præceptum particulare* voluiſſe. Verba curſim attingo. *S. Apoſtolus de virginibus præceptum non habet, conſilium habet.*] Fateor *præceptum* nõ habere, *commune* omniũ: at habere tamen *præceptum particulare*, ſive *ſpeciale*, ex dono Dei, & ejuſdem vocatione, negari haud debet: idq; interpretes *conſilium* dixêre. *At non præcipitur quod ſupra legẽ eſt.*] Certè. Quod *ſupra legem* eſt, p ſupra ordinariã legis obſervationẽ inter cæteros Chriſtianos, id non præcipitur, *præcepto* ſcilicet *communi*, at benè tamen *præcepto ſpeciali* poteſt præcipi. Hæc ad priorem *Ambroſii* locum.

p Perkinſ. problem. tit. ſupererogatio. parag 3.

30 Poſterior ſequitur; *Fœminæ ad virginitatem non coguntur autoritate aliquâ præcepti.*] Fac intelligas *præceptum commune omnium*, & veriſſimum erit. *Honorabile cõjugium, ſed honorabilior integritas.*] Et quis inficias ibit? Quiſquámne *cõjugium* ſine *integritate*, hoc eſt, ut ego quidem interpretor, *torum pollutum*, dilaudabit? At pro *integritate* tu VIRGINITATEM ſubſtituis; credo, propter adjectam ex Apoſtolo rationẽ:

q 1.Cor.7.38. Nam q *qui matrimonio jungit virginem ſuam, benè facit; & qui non jungit, meliùs facit.* Audi. Illud [MELIVS] tu peſſimè capis. [r *Melius*] eo loci vocat *Paulus*, quod eſt *commodius*. Si enim id omni modo, & ſimpliciter melius eſſet, nunquam aliter facere liceret. At *Paulus* ibidem ait; *Qui matrimonio jungit virginem ſuam*,

r Whitak. cõtra Duræum, lib. 8. par. 84.

am, benè facit. Ergo *Paulus* non propter rei naturam, sed propter circunstantias, *cælibatum nuptiis* prætulit. Disertè suam mentem ipse exponit, ubi ait: [f] *Existimo hoc bonum esse propter instãtem necessitatem, bonum* existimo *homini ita esse.* Et paulò post: [t] Qui matrimoniũ contraxerint, *afflictionem in carne habituri sunt.* Et mox: [u] *Velim vos absq; solicitudine esse.* Deniq;; [x] *Hoc dico vestro commodo.* Quid magis perspicuè dici potuit? Id igitur [*melius*] ab Apostolo dicitur, quod est nobis *commodius*, & *aptius* ad pietatem. Tu autem qui illud [MELIVS] ita capis, ac si [y] *cælibes* illo suo opere in articulo justificationis reddãtur Deo acceptiores, & magis mereantur salutem, eò quòd ultra perfectam impletionem legis MELIVS aliquid præstent, toto cœlo erras. Addit *Ambrosius* de *virginitate*, [*non imponitur, sed* [z] *præponitur*;] sensu, quem modò attigi. Tu verò contra sensum Ambrosianum legis, non *præponitur*, sed [a] *proponitur*. Deerant, credo, tuis oculis cõspicilia. De contextu Paulino, quem adducit *Ambrosius* ad sententiam suam firmandam, [b] *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do,* quid sentiam, habes in meo ad *Optatum* responso. Quin etiam insuper adjicio, *consilium* istud à Paulo datum (si modò *consilii* nomen sit retinẽdum) *divinum* esse. Dicit [c] *Ambrosius* non esse *humanum*; [d] Bellarminus *divinum* vocat. Et quisquámne adeò nullius mentis est, ut nesciat omne Dei consilium præceptum esse? Sed hac de re [e] aliàs.

31 S. *Ambrosium* haud parvi facimus. [f] Dulces in eo aculeos, & Episcopo dignam amamus verecundiam. Fuisse eum [g] *Ecclesiæ* sui ævi *validissimum murum* haud gravatim damus. Etiam agnoscimus [h] *ambrosiã*

f 1. Cor. 7. 26.
t Vers. 28.
u Vers. 32.
x Vers. 35.
y Chemnicius loc. Theol. part. 2. De discrim. præcepti & consilii.
z Ita legitur in edit. oper. Ambros. Basil. 1527. & Paris. 1529. & Basil. 1567. Ita citatur à Canisio in opere catechist. de cõsil. Evang. cap. 1. & à Coccio, Thesaur. Catholi. Tomo. 2. lib. 4. art. 1. & à Nopelio Confess. Ambros. lib. 2. c. 7.
a Proposed.
b 1. Cor. 7. 25.
c Lib. de viduis
d Lib. de Monach. c. 9. par. Septimum.
e Cap. 2. para. 16.
f Erasm. epist. præfix. tom. 1. oper. S. Augustini.
g Iust. Baron. annot. in Vincent. Lirin. c. 6
h Erasm. epist. præf. tom. 1. oper. S. Ambros.

brosiâ ipsum cœlesti manare, dignúmque esse, qui sit [quod dicitur] *Ambrosius*, hoc est, immortalis, non solùm apud Christum, verùm etiam apud homines. Hunc tantum Patrem, quem tanti facimus, in istâ *cõsiliorum* causa haud caucè satis ambulasse animadvertimus, quippe qui in *consiliis* asserendis omnem [i] *doni* & *vocationis divinæ* recordationem omiserit. Da veniam, Humphrede, quòd *Ambrosium* sic notem. Si cubi in scriptis suis vobis minùs placuerit, vos in eum insurgitis insolentiùs. [k] Maldonatus; *Ambrosius memoriâ lapsus est.* [l] Toletus; *Doctrinam Ambrosii in hac parte non probo.* [m] Bellarminus; *Expositio de baptismo Johannis* [quæ est Ambrosii] *nititur falso fundamento.* Immò: [n] *Ambrosius apertè decipitur.* Non sic ego. Moneo tantùm, quod [o] aliàs fecit [p] Jesuita; *Ambrosium* cautè, prudentérq; [etiam in istâ de *consiliis* disputatione] legendum esse.

[i] Iunius animadv. in Bellar. cõtrov. 5. l. 2. parag. 7.

[k] Comm. in Matth. 17. 1.

[l] Com. in ep. ad Rom. c. 9. annot. 19.

[m] De sacram. Baptis. l. 1. c. 12. parag. Hæc expositio.

[n] Bellar. de Rom. Pont. l. 3. c. 3. parag. Hæc element.

[o] *De possessione Christi.*

[p] Maldonat. com. in Mat. 27. 46.

32 Proximus est *HIERONYMVS.* Verba ejus, quibus niteris, ex libro primo adversus Jovinianũ ita lego; *Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: quod necesse est fieri, nisi fiat, pœnam habet. Frustra enim jubetur, quod in arbitrio ejus ponitur, cui jussum est.---- Noli igitur admirari, si inter titillationem carnis & incentiva vitiorum, angelorum vitam non exigimur, sed docemur. Quia ubi consilium datur, offerentis arbitrium est; ubi præceptum, necessitas est servientis &c.*

33 Respondeo, etiam S. Hieronymum *consilii* nomine *præceptum speciale* voluisse: quod ipse aliàs *præceptum pudicitiæ*, & *præceptum virginale* appellat. Etenim commentario in Matth 19. ubi de triplici Eunuchorum genere agitur, clausulam eam [*Qui potest*

test capere, capiat,] à Christo inferri ait, *ut unusquisque consideret vires suas, utrùm possit virginalia, & pudicitiæ, implere præcepta.*

34 Quòd *virginitatem* vocet *vitam angelorum*, in eo quidem superstitionem jam tum inductam satis arguit. Vitáne angelorum *virginitas*? Quid angelis cum *virginitate*? nónne corpore carent? [q] Æquè illi *virgines* dicuntur, atq; lapides cęci. Quemadmodum igitur *virginitatem angelis* se æquare ait [r] *Cyprianus*; & *continentiam, angelorum vitam* dicit *Athanasius*: sic *Hieronymus*; hoc est, impropriè, hyperbolicè, panegyricè. Hinc [s] Junius; *Hieronymus declamatorem agit.* Haud durum est istuc verbum, Humphrede. Si enim sanctus ille Pater fervido quodam affectu ita interdum raperetur in admirationem *virginitatis*, ut piis etiam viris videretur lędere matrimonium: molli verbo dici de eo potuit, *declamatorem agere.* Matrimonium ab eo læsum esse planè liquet, tùm ex duobus ipsius adversus Jovinianum libris; tùm ex secũda Rufini in eum invectivâ. Animadvertit istud [t] Erasmus; *Multos*, inquit, *offenderunt duo adversus Jovinianum ab Hieronymo scripti libri, quòd propensior videretur in laudem virginitatis, quàm oportuisset, & durior in matrimonium.* Idem [u] alias ait, *Hieronymum adeo mirari virginitatem, ut non multùm absit à contumelia matrimonii, & ab Episcopis orthodoxis ad palinodiam sit invitatus.* Adhæc: Hieronymum [x] *impendiò semper favisse virginitati, & ob id nuptiis iniquiorem fuisse, quàm quidam Episcopi esse volebant.* Sic & [y] Rhenanus; *Hieronymus ipse matrimonio parùm æquus fuit.---Certè constat eum hac de causa Romæ malè audisse.* Et quisquis indicem fecit in Chrysostomi opera à

[q] Hospin. de orig. Monach. lib. 3. c. 1.

[r] Lib. de bono pudicitiæ.

[s] Animadvert. in Bellarmin. controv. 5. lib. 2. c. 11. par. 8.

[t] Argument. apolog. Hieron. ad Pammach. pro libris adversus Jovinian.

[u] Lib. de conscrib. epist.

[x] Arg. in lib. 1. advers. Jovin.

[y] Argument. in Tertull. de exhort. castitat.

Frobenio excusa; *Hieronymus in matrimonium contumelioſus.* Sed quid ego Eraſmum & Rhenanum profero; quum hujus Scholia in Tertullianum, illius opera pleraque quæ ad religionem, in famoſo illo [z] *Indice* à deputatione Tridentinæ ſynodi confecto, autoritate Pii IV. primùm edito, à Sixto V. aucto, Clementíſq; VIII. juſſu recognito, & publicato, prohibueritis? Et quorſum *Indicis* in Chryſoſtomum mentionem facio, quum ſciam injurioſos adeò in *Indices* vos extitiſſe, ut obeliſco confixeritis, quicquid opinioni veſtræ repugnare viſum eſt? Certè verba illa *Indicis* [*Hieronymus in matrimonium contumelioſus*] juſitatâ veſtrâ ſpongiâ [[a] *DELEATVR*] expũxiſtis.

[z] Libror. prohib.

[a] Sic in indice expurgatorio Cenſores Belgici, pag. 24 & Hiſpanici, pag. 139.

35 Quid ergo? Autores quærendi, qui & procandore velint, & per autoritatem poſſint verum cõfiteri. In his habemus Alfonſum Salmeronem: ſic [b] ille; Hieronymus *caſtitatis & continentiæ ſtudioſus, paulò iniquior, & acerbior in ſecundum conjugium extitit*: & *---ubi locus occurrit dehortandi à matrimonio, acrior eſt, atq; ferventior*. Habemus Claudium Eſpẽcæum: atq; [c] ille; Hieronymus *æquus ſanè parùm fuiſſe videtur vel unis nuptiis*. Habemus Laurentium à Villavincentio: [d] ille autem; *Malè audit, accuſatúrque Hieronymus, dum pro virginitate propugnans adverſus Jovinianum, conjugio videtur iniquior, omnem ei dignitatem prorſus adimens. Digamiam verò, & nuptias ſecundas, vel tertias, eodem propè loco, quo ſcortationem, habet*. Habemus denique Joſephum A Coſta Societatis Jeſu preſbyterum: [e] ille tandem; Hieronymus, *virginitatis oppugnatores inſectans, videtur aliquando matrimonio iniquior*. [f] Ex ore duorum, aut trium

[b] Tom. 14. in 1. Cor. 7. Diſput. 14. parag. Ad dubium.

[c] De continentiâ. lib 3. cap. 11.

[d] De ratione ſtudii Theol. lib. 4. cap. 5. obſerv. 2.

[e] Lib. 2. de Chriſto revelato, cap. 20.

[f] Mat. 18. 16.

um testium confirmabitur res tota. Ecce, testes certi, ac locupletes, ex monumentis vestris excitati, suum de *Hieronymo* dicunt testimonium; ipsum quidem, miro virginitatis abreptum studio, nonnihil læsisse matrimonium.

36 Aperta res est, *Hieronymum* virgines supra modum laudasse. At quales tandem? In *Monasteriis* inclusas? votis obligatas? peculiaribus vivendi regulis astrictas? à nuptiis ex necessitate exclusas? Nequaquã tales. Quicquid ergo *S. Hieronymus* de *virginibus* dixerit, est id quidẽ à causâ vestrâ, qui de hodiernâ *Monasticâ* nobiscum dimicatis, omninò alienum. Hæc ad Hieronymum.

37 Subjicis AVGVSTINVM: cujus tres locos indicas. Primũ ex Sermone 61. de Tempore descripsisti. Verba sic lego: *Dominus in Evangelio, ut* g *inimicos diligere debeamus, non dedit consilium, sed præceptum. Aliud est consilium, aliud præceptum. Consilium datur, ut virginitas conservetur, ut à vino & carnibus abstineatur, ut vendantur omnia, & pauperibus erogentur: præceptum verò datur, ut justitia custodiatur, ut omnis homo divertat à malo, & faciat bonum. Denique, de virginitate dicitur,* h *Qui potest capere, capiat: de justitia verò non dicitur, Qui potest facere, faciat; sed omnis arbor, quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Consilium qui libenter audierit, & fecerit, majorem habebit gloriam: præceptum qui non impleverit, nisi pœnitentia subvenerit, evadere pœnam non poterit.*

g Mat. 5. 44.

h Mat. 19. 12.

38 Respondeo. Incertum est an hic Sermo fuerit *Augustini*. Sed fuerit. Consilium datur, *ut à vino & carnibus abstineatur*. Num Monachi id servant? *Aliud est*, inquit, *Consilium, aliud præceptum*. Optimè di-

stinguit *commune* pręceptum à *speciali*, quod *consilium* vocat, quia non continetur præceptorum lege. Atq; hoc quidem secundum regulam, quam ipse tradit libro tertio de Doctrina Christiana, cap. 17. *Erit hoc in observationibus intelligendarum Scripturarum, ut sciamus, alia omnibus communiter præcipi, alia singulis quibusq; generibus personarum: ut non solùm ad universum statum valetudinis, sed etiam ad suam cujusq; mẽbri propriam infirmitatem medicina pertineat.* Quod addit, de *virginitate* dici, *Qui potest capere, capiat*; verum esse id quidem agnosco, eodémq;, quẽ [i] aliàs dixi, intellectu. Qui potest capere, capiat: id est, [k] *Cui datum est ut non expediat uxorem ducere, vocatione Dei* εὐνοχίσθεις *propter regnum cœlorum, is ne ducito: cui verò id nõ est datum, is conjugium ne fugito, quum donum, vocationémq; ἀγαμίας à Deo nõ habet; sed ordinem naturæ sequitor, neq; propter humana frivicula ab eo se abstineto. Qui potest capere*, inquit Christus, *capiat:* χωρείτω, verbo imperandi. Vel ex eo liquet præceptũ expressum esse iis, qui possunt *capere*. Hæc ad primum Augustini locum.

[i] Cap. 2. par. 31.
[k] Iunius animad. in Bellar. contr. 5. lib. 2. cap. 9. par. 21.

39 Reliquos duos tantùm indicas, non describis. *Vide*, inquis, *plura lib. 1. de Adulterinis conjugiis, cap. 14. de sancta virginitate, cap. 14. &c.* Augustinum ipsum adii, locos vidi, perlegi; agnosco eosdem esse, qui à [l] Coccio tuo fusiùs describuntur: idémq; respondeo quod ad priorem; nempe, S. Augustinũ utrobiq; *Consilii* nomine *præceptum speciale* voluisse. Mens Augustini clara mihi videtur ex eo, quod lego in libro de Bono conjugali, cap. 21. *Habitum circa continentiam non habent illi, quibus dicitur,* [m] *Si se non continent, nubant: habent verò quibus dicitur,* [n] *Qui potest capere, capiat.* Eunuchi, quibus istud à Christo dictũ est, habentes

[l] Thesaur. Cathol. to. 2. l. 4. art. 1.
[m] 1. Cor. 7. 9.
[n] Matth. 19. 12.

tes habitum cõtinentię, [o *donũ* illud *à Deo* haud multis *datum*,] sunt virgines, de quibus p Apostolus: *Præceptum Domini non habeo*, [γνώμην δὲ δίδωμι] *sententiam autem do. Sententiam*:] non humanam; non consilium, quod in hominis arbitrio positum sit, ut vult q *Bellarminus*; sed *sententiam*, cujus & r pòst meminit idẽ Apostolus: *Beatior autẽ est, si sic maneat*, [κατὰ τὴν γνώμην] *secundum meam sententiã*. In quę Pauli verba sic s Augustinus; *Ne humana sententia putaretur, adjungit, Puto autem quòd & ego spiritum Dei habeam. Hæc dominica, hæc Apostolica verba, hæc sana doctrina est, sic eligere dona majora, ne minora damnẽtur. Melior est in Scripturâ Dei veritas Dei, quàm in cujusquam mente & carne virginitas hominis.* Hæc Augustini mẽs clariùs elucet ex Confessionum libro decimo, cap. 29. & 30. *Tota spes mea non nisi in magnâ valdè misericordiâ tuâ Domine Deus. Da quod jubes, & jube, quod vis. Imperas nobis continentiam.---Continentiam jubes. Da quod jubes, & jube quod vis. Jubes certè ut contineam à concupiscentiâ carnis.* Ut contineam à concupiscentiâ carnis, hoccine, sensu Augustiniano jubet Dominus? Certè. Augustinus igitur, ubi asserit *consilium dari, ut virginitas conservetur*, consilium propriè haud accipit; sed ita, ut eo nomine præceptum includat *speciale*. Atq; in *consilio præceptum* includi, dat ipse t Bellarminus. Habes quid sentiam de locis tuis ex Augustino citatis.

o Augustin. Confess. l. 10. c. 29.
p 1. Cor. 7. 25.
q Lib. de Monach. c. 7. par. Ex parte forma.
r 1. Cor. 7. 40.
s Lib. de sanct. virginitate, cap. 18.
t Lib. de Monach. cap 7. parag. 2.

40 Elogium illud spectatissimi viri D. u Fieldii de AVGVSTINO, quod x adjicis, lubẽs amplector. Esse eum quidem *omnium, quos unquam ab Apostolorũ ævo Ecclesia Dei habuit, Patrum maximum, Theologorũ dignissimum. Magnum* esse ejus *in Ecclesiâ nomen* dat y Whitakerus; *magnam autoritatem* z Lubbertus. Ipsum

u De Eccles. lib 3. cap. 42. pag. 170.
x Triumph. verit. pag. 126.
y De sacra script. contr. 1. quæst. 6.
z De princip. lib. 1. cap. 4.

sum, *incomparabilem Ecclesiæ Doctorem, & invictũ propugnatorem* vocat [a] Erasmus. Eidem omnes meritissimò plurimum tribuimus. Meminisse tamen solemus hominem fuisse, ac proinde labi potuisse: optamúsq; cautiùs fuisse loquutum in isto *virginitatis* argumẽto; quam sic prædicat, ut aut nullam, aut frigidiorem doni & vocationis Dei mentionem, ubi opus sit, faciat: sic tamen eam [b] prædicat, ut ne Johannis quidem *virginitatem* Abrahæ *conjugio* audeat anteponere. Mitem hanc censuram non admittis?

[a] Epist. præfix. to. 1. oper. Augustin.

[b] Lib. de Bono conjugali, c. 21.

41 At vos hunc tantum Patrem, ubi non arriserit, audaciùs arguitis. *Moderni* vestrarum partiũ *Theologi audent deserere Augustinum in re gravissimâ, in quâ ipse summam diligentiam adhibuit; et sequi suæ imaginationis falsas inventiones.* Fatetur istud, atq; mirari satis nequit Dominicus [c] Bãnes. Vis eos nominem, quos inprimis volo? Ecce igitur [d] Franciscus Turrianus; *Quamvis*, inquit, *Augustinus dixerit factũ esse Judam participem mysteriorum sacræ communionis: magis tamen credendum est Apostolicæ doctrinæ*, à Clemente Romano traditæ. Et [e] Alfonsus de Castro; *Anacleto magis crediderim, quàm Augustino.* Et [f] Franciscus Toletus; *Augustini doctrinam in hac parte non probo.* Et [g] Sixtus Senensis; *Augustinus minus interdum tribuere videtur, quàm par sit, liberæ hominis voluntati.* Luxuriat Albertus Pighius; [h] *Augustini non multum me movet diversa sententia:* [i] *Nec mihi placet Augustini eâ de re definitio, & sententia:* [k] *Quòd Augustini sententia certa non sit, immò quòd certò falsa sit, mihi satis demonstratum videtur.* Viden', Humphrede, quàm rejicitis, ubi libuerit, magnum Augustinum? Si nos perinde fecerimus, ubi opus fuerit, dabis veniam.

[c] In 22. Thõ. qu. 24. art. 6. Dub. 1. Concl. 5. parag. ex dictis, pag. 630.

[d] Explanat. in Clemẽt. Rom. lib. 5. de Martyr. cap. 13.

[e] Adversl. hær. lib. 8. verbo. *Episcopus.*

[f] Com. in Rom. 9. Annot. 19.

[g] Bibliot. sanct. lib. 1. præfat. parag. Sunt deinde.

[h] Controvers. 1. de pec. orig. fol. 35. a.

[i] Ibid. fol. 33. a

[k] Ibid. fol. 7. b.

42 Ad

42 Ad PAVLINVM descendo: cujus verba [l] loco à te citato sic habent. *Hic Samarites hominem suum prætermissum à prævijs, nec curatum, miseratus accessit: & jumẽto (uo, hoc est, verbi incarnatione suscepit, & oleo gratiæ, & vino passionis suæ, commẽdatũ stabulario, præfecto illi Magistro Gentium, in duobus testamẽtis, denarii mercede sanavit: redditurus illi, & beatæ virginitati, de innumeris hujus boni fructibus uberes gratias, & innumerabiles coronas: qui hoc* CONSILIVM *præcepto adjiciens, de suo supererogavit.* Sic apud Paulinum. Tu breviùs: *Dominus noster erat bonus ille Samarites, & S. Paulus stabularius, qui hoc* CONSILIVM *præcepto adjiciens de suo supererogavit.* Sensum tenes, & satis est.

[l] Epist. 4. ad Sulpit. Severũ.

43 Respondeo, & *Consilium* hîc poni pro *præcepto speciali*, ut à *communi* distinguatur: eodémq, sensu dici, *Paulum de suo supererogasse*, quo illud apud [m] Augustinum; *Amplius erogabat Paulus, qui suis stipendijs militabat. Amplius erogabat Paulus:*] AMPLIVS *ratione officii propriâ & singulari per se*; cedebat enim de jure suo: at non AMPLIVS *ratione officii Christianorũ communis, & propter aliud*; nempe propter commoditatem Evangelii propagandi, & animas lucrifaciendi Christo. Sic eleganter [n] Junius. Eadẽ mente & [o] Perkinsus; Amplius erogabat Paulus, id est, aliquid præstitit *ultra mandatum ceteris hominibus commune:* idq; non ex *consilio*, sed ex *debito*. Ex *debito quidem*, non absolutè, propter vocationem officii Apostolici; sed per accidens, propter finem, & circumstantias, ne scilicet, stipendia ab aliis accipiendo, cursum Evangelii impediret. Eodem planè sensu PAVLINI verba capienda censeo. Imbibisse Paulinum doctrinam & sensum Augustini mihi palàm est, ex iis quæ [p] Paulinus ad Aug-

[m] Lib. de oper. Monach. c. 5.

[n] Animadver. in Bellar. cõtr. 5. lib. 2. c. 9. parag. 119.

[o] Problem. tit. supererogatio, parag. 3

[p] Epist. 31. Tom. 2. oper. August.

Augustinum scripsit; Ut *infantem adhuc verbo Dei, & spiritali ætate lactentem, educa verbis tuis, uberibus fidei, sapientiæ, caritatis inhiantem. Si officium commune consideras, frater es, si maturitatem ingenii tui & sensuum, pater mihi es; etsi forte sis ævo junior, quia te ad maturitatem meriti honor seniorem provexit, & juvenem cana prudentia. Fove igitur, & corrobora me in sacris literis, & spiritalibus studiis, tempore recentem, & ob hoc post longa discrimina, post multa naufragia, usu rudem, vix dum à fluctibus seculi emergentem: tu qui jam solido litore constitutus, tuto excipe sinu, ut in portum salutis, si dignum putas, pariter navigemus.* Sic Paulinus.

44 Ei comitem adjungis SEDULIVM, cujus ex collectaneo in epistolas Pauli ad 1. Cor. 7. verba profers istiusmodi; *Si Dominus virginitatem imperaret, condemnare videretur conjugium, [& seminarium hominum excideret, unde virginitas procreata est.] Quare præceptum Domini de virginibus non habuit: quia majoris mercedis est, quod non cogitur, sed offertur.*

45 An *C. Cælius Sedulius* interpretatus fuerit epistolas B. Pauli, id sibi ignotū adhuc affirmat [q] Possevinus. Sed parùm id refert. Agnosco *Sedulii* nomine [r] editum opusculum, hoc titulo; *SEDULII Scoti Hybernienſis in omnes epistolas Pauli collectaneum.* Illinc verba tua habeo. Habuit fortasse & [s] *Coccius* tuus. Ad rem. Respondeo; imperari alia *per se* ratione propriâ & essentiali; alia *secundum quid*, propter finē aut circumstantias: illa omnibus in genere; hæc speciatim aliquibus. De illis, non autem de his, verum est illud Sedulii; *Si Dominus virginitatem imperaret* [præcepto ad omnes communiter pertinente] *condem-*

[q] Apparat. sacr. verbo, *Sedulius*

[r] A Iohann. Sichardo. excus. Basil. 1528.

[s] Thesaur. Catholi. Tom. 2. lib. 4. art. 2.

demnare videretur conjugium; & seminarium hominũ excideret, unde virginitas procreata est: non item, si præcepto particulari idem faceret; quod quidem in iis tantùm locum habet, qui donum habent continẽtiæ; ut sæpè aliàs. Videtur hic Sedulii locus ex Hieronymo desumptus, qui lib. 1. adversus Jovinianum sic ait; *Si virginitatem Dominus imperasset, videretur nuptias condemnare, & hominum auferre seminarium, unde & ipsa virginitas nascitur.* Verborum sonus planè idem est: quidni & sensus idem erit?

46 Addit Sedulius de virginitate: *Majoris mercedis esse, quod non cogitur, sed offertur.* Explicatiùs [t] Hieronymus: *Majoris gratiæ est offerre, quod non debeas; quàm reddere, quod exigaris.* Utrobiq; idem est intellectus: nimirum, virginitatem offerri; non deberi, non cogi, non exigi. Scitum est, eandem rem [puta virginitatem,] diverso respectu *deberi*, & *non deberi*. Virginitas per se considerata, ex conditione communis naturæ absolutè, nõ debetur, cogi non potest, nõ potest exigi; [u] *non enim omnes capiunt*: at verò per accidens considerata, ex dono singularis gratiæ per Spiritũ Dei debetur, cogi potest, potest exigi; [x] *capiunt* enim *ii quibus datũ est*. Atq; eis injunctum videmus, ut [y] *capiant*. Sedulium mitto.

[t] Lib. 1. adverſ. Iovinian.

[u] Mat. 19. 11.

[x] Ibid.

[y] Vers. 12.

47 Et quid Fvlgentivs? Apud eum in præfatione ad Monimũ sic lego; --- [z] *Si quid supererogaveris, quum venero, reddam tibi. Quid est autem, si quid supererogaveris? nisi, si quid à me acceperis. Nam & ipse qui supererogabat, in eo quod non acceperat præceptum, sed dabat ex caritate consilium, misericordiam se profitebatur itaq; consequutum.* [a] *Ait enim; De virginibus autem præceptum Domini non habeo, sed consilium do, tan-*

[z] Luc. 10. 35.

[a] 1. Cor. 7. 25.

quam miſericordiam cõſequutus à Domino, ut ſim fidelis. Miſericordiã eſt igitur conſequutus, non ſolùm ut erogãdum ſuſciperet, verùm etiam ut amplius erogaret. Hæc Fulgentii verba tu alienâ fide capere mihi viſus es. Ita enim recitas; *De virginibus præceptum Domini nõ habuit Apoſtolus, ſed conſilium dedit: atq; hinc amplius erogabat, quàm acceperat.* At rem tenes. Fateor.

[r] Sixt Senenſ. Biblioth. ſãct. lib. 4 verbo, *Fulgentius.*

48 Reſpondeo. Pluſquam veriſimile eſt *Fulgentium, eruditionis & ſtyli Auguſtiniani* [r] *æmulatorem*, idem, quod *Auguſtinus*, per *conſilium* illud Pauli voluiſſe; *præceptum* ſcilicet *ſpeciale*. Quod autem ad locum illum Pauli, & ad ejuſdem ſupererogationem attinet, in eo *Optatum* ſe ſequi [s] *profitetur*: ita tamen, ut ab *Auguſtino* haud penitùs recedat. *Licèt*, inquit, *ille ſenſus, qui à me poſitus eſt,* FORSITAN *in S. Auguſtini dictis non inveniatur: in S. Optati tamen libris apertiſſimè poſitus invenitur.* Séq;, [t] ait, *ita illius loci B. Pauli aſtruere veritati congruum ſenſum, ut aliis Patrum ſententiis æquè veritati congruis non deneget aſſenſum.* Hujus rationem [u] adjungit; *Neq; enim à veritate receditur, ſi in hac ſupererogatione Apoſtoli, ſive quod S. Ambroſius, ſeu quod S. Auguſtinus, ſive quod S. Optatus ſenſerunt, à nobis quoque ſalvâ veritate fidei ſentiatur.*

[s] Lib. 2. ad Monimum. p. 117.

[t] Ibid. p. 118.

[u] Ibid.

[x] Ibid. p. 117.
[y] De Trinitat. lib. 1. cap. 3.

49 Quod obſervârat [x] Fulgentius ex [y] Auguſtino; *utile eſſe plures libros à pluribus fieri diverſo ſtylo, non diverſâ fide, etiam de quæſtionibus eiſdem, ut ad plurimos res ipſa perveniat, ad alios ſic, ad alios autem ſic:* idipſum hîc præſtat. Eundem S. Scripturæ locum à tribus viris ſanctis [Ambroſio, Auguſtino, Optato,] tripliciter expoſitum, ſecundum diverſos ſenſus ad unam Catholicæ fidei concordiam revocat. [z] Auguſtinus in hoc dixit ab Apoſtolo *ſupererogatum*, quòd

[z] Fulgent. ubi ſuprà p. 111.

quum

quum secũdùm *præceptum* posset, si vellet, *de Evangelio vivere*: maluit tamen non solùm sibi, sed & [a] his, qui cum illo erant, *propriis manibus laborare*. [b] Ambrosius Pauli *supererogationem* in *sermonibus*, atque *epistolis* ejus, vel in *nimio labore mentis*, & *corporis* collocavit. [c] Optatus *consilium de virginibus* (quod præceptum particulare dixi) Paulum *supererogasse* testatur. Sensus diversus, sed fides una: Fulgentiúsq; Optatum sequutus, à reliquis non dissentit. Quid igitur est, quod ait Fulgentius, *Paulum amplius erogasse*? Aliud certè nihil, quàm Paulum aliquid præstitisse ultra præceptum cæteris hominibus commune. At virginitatem *supra legem* posuit, utpote, de quâ præceptũ non habuit Apostolus. Et *supra legem* esto virginitas, sed intellectu sano: id est, supra ordinariam legis observationem. Atq; hoc nihil ad Consilia Papistica.

[a] Act. 20. 34. 1. Thes. 2. 9.
[b] Fulgent. ubi sup p. 112.
[c] Ibid.
[d] Supra para. 27.

50 At habet fortasse aliquid GREGORIVS Magnus. Quid tandem? *Alii* ([e] inquit) *non judicãtur et regnant, qui etiam præcepta legis perfectione virtutum transcendunt; qui nequaquam hoc solùm, quod cunctis divina lex præcipit, implere contenti sunt, sed præstantiori desiderio plus exhibere appetunt, quàm præceptis generalibus audire potuerunt.---Relinquentes omnia plus prõptâ devotione executi sunt, quàm juberi generaliter audiêrunt. Speciali namq; jussione paucis perfectioribus, & nõ generaliter omnibus dicitur, quod adolescens dives audivit,* [f] *Vade & VENDE OMNIA quæ habes, &c. Si enim sub hoc præcepto cunctos jussio generalis astringeret, culpa profectò esset aliquid nos de hoc mundo possidere. Sed aliud est, quod per sacram Scripturam omnibus generaliter præcipitur, aliud quod specialiter perfectioribus imperatur, &c.*

[e] Exposit. Moral. in Iob, l. 26. cap. 24. 25. edit. Paris. 1521. at edit. Rom. 1589. lib. 26. cap. 20.
[f] Matth. 19. 21. Marc. 10. 21. Luc. 18. 22.

51 Habeo tibi gratiam, qui hunc locum attuleris. Vel hinc firmatur, quam toties jam repetii, distinctio: *Præcipi, alia quidem omnibus generaliter, alia autem aliquibus specialiter*. Gregorius ipse pro me applicat: *speciali justione* paucis, & non omnibus *generaliter* dictum illud est, *vade, et* VENDE *omnia*. Quid apertiùs dici potuit? *Specialiter* adolescenti in Evangelio *præceptum* est, ut *vendat omnia*. Hęc ipsa fuit, quam edidi, contextûs illius expositio. Tu tamen, vel eo nomine, (ita tibi frons periit,) me hæreseôs [h] insimulas. Haud obscurè dixi, illud [VENDE *quæ habes*] diverso respectu, esse, & non esse præceptum. Extra necessitatem non esse *præceptum*. Præcepta enim affirmantia non obligant ad semper ἁπλῶς, & sine exceptione. At in casu necessitatis *præceptum* esse. Necessitate astringebatur adolescens: opibus suis confidebat, nihil propter Christum paratus relinquere. Hinc *præcepto speciali* audivit, VENDE *quæ habes*. Præceptum hoc esse affirmat [i] Chrysostomus, ubi dicit, *Christum hisce verbis magnum quiddam injunxisse*: & mox suadet, *omnia reipsâ præstanda esse*, quæ ab ipso JVBENTVR. Affirmat & [k] Hilarius, qui hoc ipsum, quo juvenis ille bona sua vẽdere & dare pauperibus JVBETVR, *pulcherrimum ac maximè utile relinquendi seculi* PRÆCEPTVM vocat.

g Cap. 2. parag. 24.

h Triumph. verit. part. 1. cap. 6. p. 24.

i Comment. in Mat. cap. 19. homil. 64.

k Comment. in Mat. can. 19.

52 At specialis hæc jussio *perfectioribus* datur. *Perfectioribus*? Quibus tandem? Iis, qui præcepta legis *perfectione virtutum* transcendunt? Ita Gregorius. At quo sensu? Eóne, ut dicatur quispiam omnia divinæ legis præcepta *perfectiori virtute* transcendere? Ipse pro concione [l] pernegasti, adjectâ è [m] Psalmo ratione: *Mandatum tuum nimis latum* Domine: immò tam

l Triumph. verit. part. 1. p. 36.

m 119. 18.

latum

latum, ut sola lex,[n] immaculata, *primariò*, *originaliter*, *essentialiter* omne genus *perfectionis Christianæ* in se contineat. *Primariò*, *originaliter*, *essentialiter*? Hoc est quod ait [o] Thomas: Perfectionem Christianæ vitæ *per se* quidem & *essentialiter* cõsistere in *præceptorũ* divinorum observantiâ; *secundariò* autem & *instrumentaliter* in *consiliis*. Hinc illa apud [p] Bellarminum distinctio: *Quædam est perfectio necessaria ad salutem, quæ cõsistit in plenâ observatione mandatorum: quædam est perfectio major, quæ necessaria est, non ad salutem simpliciter, sed ad excellentiorem gradum gloriæ in regno cælorũ; & hæc consistit in observatione consiliorum.* Totam hãc distinctionem, ut commentitiam, rejicimus. Instituitur enim de *perfectione*, vel *verâ*, vel *falsâ*. Si de *falsâ*; quid ea ad nos? Si de *verâ*; ea *caritatis* est, adeóq; *præcepti*, quia [q] *finis præcepti caritas* est. *Veram perfectionẽ in caritate consistere*, docet [r] Bellarminus. Docet & Augustinus loco [s] suprà citato: *Sic* ([t] inquit) *audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem caritatis.* Quin & addit [u] Bellarminus ipsam *caritatem* esse Christianam *perfectionem*: quò illud [x] Apostoli; *Caritas est completio legis*. Valeat igitur perfectio illa Aquinatis, & Bellarmini, quæ in *consiliis*: de quibus in loco Gregorii altum silentium.

[n] Psal. 18. 8. vulgat.

[o] 2. 2. qu. 184. 3. C.

[p] Lib. de Monach. c. 9. par. Neq; obstat.

[q] 1. Tim. 1. 5.

[r] Lib. de Monach. cap. 2. parag. Sunt autem.

[s] In hâc cap. cõ. parag. 13.

[t] Lib. de perfectione justit.

[u] Ubi suprà, parag. itaq;.

[x] Rom. 13. 10.

53 Ad alium Gregorii locum me mittis. *Vide*, inquis, *plura lib. 15. [Moralium] cap. 19.* Caput ipsum petii, avidiùs legi, relegi. Spondeo, Humphrede, in eo ne verbum quidem ad institutum tuum me comperisse. Certus de errato typographico cap. [y] nonum inspexi. Ipsum esse, quod volebas, haud dubito; quum ex eo videam à [z] Bellarmino pro *consiliis* asserendis peti testimonium, hisce verbis; *Electi non-*

[y] In edit. Paris. est. cap. 9. at in Romanâ cap. 11.

[z] Lib. de Monach. cap. 11. par. Gregor.

nonnunquam plus ſtudent agere, quàm iis dignatus eſt Dominus jubere: carnis enim virginitas nequaquam juſſa eſt, ſed tantummodo laudata. Nam ſi illa juberetur, nimirum conjugium jam culpa crederetur: & tamen multi virtute virginitatis pollent, ut videlicet plus impendant obſequio, quàm acceperunt præcepto.

[a] Animadverſ. in Bellar. controv. 5. lib. 2. c. 11. parag. 8.

54 Reſpondeo cum [a] Junio: *Gregorium*, ut ſuperſtitione aliquâ ſeculi ſui jam imbutum, loqui. Verba percurro. *Electi*, inquit, *nonnunquam plus ſtudent agere, quàm iis dignatus eſt Dominus jubere.*] Certè, quicquid ſtudeant electi agere, plus agere, quàm debent, non poſſunt. Quicquid poſſunt ſive corde, ſive corpore, propter Deum agere; agere id tenentur. Ac tenentur quidem propter præceptum dilectionis; [b] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & ex totâ mente tuâ, & ex totis viribus tuis.* Quicquid agimus; id corde, animâ, mente, aut viribus agimus. Ita omnia noſtra Deo ſunt obſtricta. Rectè S. [c] Auguſtinus; *Hæc regula dilectionis divinitùs conſtituta eſt, Diliges, inquit, proximum tuum, ſicut teipſum; Deum verò ex toto corde, & ex totâ animâ, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea ipſa quæ confers. Quum autem ait, Toto corde, totâ animâ, totâ mente, nullam vitæ noſtræ partem reliquit, quæ vacare debeat.* De iſto dilectionis præcepto [d] aliàs dictum.

[b] Deut. 6. 5. Mat. 22. 37. Marc. 12. 30. Luc. 10. 27.

[c] De doctrina Chr. l. 1. c. 22.

[d] Cap. 2. par. 22.

55 Pergit Gregorius; *Carnis virginitas nequaquam juſſa eſt, ſed tantummodo laudata. Nam ſi illa juberetur, nimirum conjugiũ jam culpa crederetur.*] Adverba perquàm ſimilia apud [e] *Hieronymum* & [f] *Sedulium* jam [g] reſponſum eſt. Iterum dico, carnis virginitatem nequa-

[e] Lib. 1. adver. Iovinian.

[f] Collectan. in 1. Cor. 7.

[g] Sup. par. 44.

nequaquam jussam esse *præcepto generali*; nam si SIC juberetur, nimirum conjugium jam culpa crederetur: at jussam esse *jussione speciali*, [eis scilicet, quibus Deus continentiæ donum dedit,] vel ipse Gregorius [h] loco priori haud obscurè innuit. Quòd hîc addit, *multos virtute virginitatis pollere, ut videlicet plus impendant obsequio, quàm acceperunt præcepto*: fac *præceptum generale* intelligas, & verum erit; sin *speciale*, secùs. Hæc ad Gregorium.

[h] In Iob. lib. 26. cap. 25. vide suprà, parag. 50.

56 Scitum est, [i] lumen, quantò soli est vicinius, tantò splendere clariùs; & medicum, quantò propiùs ad theoriam Hippocratis, & Galeni accedit, tantò haberi peritiorem. Idem hic censendum, PATRES, quò Apostolis viciniores fuerunt, fuisse eò plerunq; fideliores, ac ab omni fraudis suspicione magis immunes. *Patres* ante Gregorii tempora fuerunt saniores: pòst autem, quũ doctrinæ puritas deperiret, & facies *Ecclesiæ* humanis traditionibus mirum in modum obscuraretur, temporum suorũ erroribus ac corruptelis laborabant. Hujus notæ sunt, quos deinceps ponis, *Beda*, *Anselmus*, & *Bernardus*. De quibus, quando antiquos testes evocamus, & vetustatis monumenta consulimus, non sumus adeò soliciti. Sunt enim recẽtiores; præstantésq; illos priscæ Ecclesiæ *Patres* magno sanè sequuntur intervallo. Nec tamen difficile mihi est, & eorum dicta commodè interpretari, si necessarium id fuerit.

[i] Tuba Acad. epist. Dedicat. pag. 7.

57 Dicis igitur ex [k] BEDÆ sententiâ; *Apostolum supererogasse quũ diceret, De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do*. Itémq; *& Dominũ ordinasse his, qui Evangelium adnuntiant, de Evangelio vivere; sed Paulum non usum esse eâ potestate*. Respõdeo ambi-

[k] Lib. 3. c. 44. in Luc. 10.

ambitiosum illud SVPEREROGATIONIS nomen duplici respectu admitti posse: primò, *respectu nostrũ*; secundò, *respectu aliorum*. Qui enim aut supra vocationem propriam ex abundanti facit; aut supra alios cõmuni vocatione præditos, is dici potest *insuper erogare*. Atqui hîc advertendum necessariò: *respectu Dei* aut *vocationis divinæ*, nihil esse planè quod *supererogemus*, præterquam peccata nostra. Rectè [l] Junius: *Solum peccatum homo supererogat Domino; bonum debet universè*. Verùm de *supererogatione* [m] superiùs.

[l] Animadvers. in Bellar. cõtr. 5. l. 2. cap. 9. parag. 130.

[m] In resp. ad Paulinum; parag. 43. & ad Pulgentium; parag. 49.

58 Ex Anselmo dicis, *nullum esse de virginibus præceptum, sed tantùm consilium. Dominum nostrũ non imperasse virginitatem, ne videretur nuptias condemnare: ideóq; plus amare virgines, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum*. Sic tu. Sed quid ipse Anselmus? Idem fateor; sed fusiùs. Verba occurrunt in enarrationibus in 1. Cor. 7. 25. Quæ tuo serviunt proposito, istiusmodi sunt; *De virginibus nõ habeo præceptum Domini, quod vobis proferam,* [sed consilium do;] *quia Dominus nulla præcepti necessitate virgines coëgit sic permanere, sed in arbitrio voluntatis earum posuit, ut, si vellent, nuberent, vel virgines permanerent. --- Si enim virginitatem Dominus imperasset, videbatur nuptias condemnare, & hominum auferre seminarium, unde & ipsa virginitas nascitur. --- Et ideò plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum*.

[n] Lib. 1. adver. Iovinian.

59 Anselmus hanc suam enarrationem magnâ ex parte ex [n] Hieronymo transcripsit, quod antè & [o] Sedulium fecisse [p] dixi. [q] Occîdet crambe repetita. Adi igitur responsum meum ad Sedulium. Illic erit Anselmo satisfactum.

[o] Collect. in 1. Cor. 7.

[p] Sup. parag. 45.

[q] Iuvenal. Satyr. 7.

60 Quid

60 Quid tandem mellifluus ille Doctor, S. BERNARDVS? Ex tractatu, quem de præcepto & dispẽsatione scripsit, hæc adducis verba; *Regula S. Benedicti omni homini proponitur, imponitur nulli: prodest, si devotè suscipitur & tenetur, non tamen, si non suscipitur, obest. Quod autem in voluntate est suscipientis,---voluntarium meritò dixerim, non necessarium. Attamen hoc ipsum quod dico voluntarium, si quis ex propria voluntate semel admiserit, & promiserit deinceps tenendum, profectò in necessarium sibi ipse convertit, nec jam liberũ habet dimittere, quod antè tamen non suscipere liberum habuit. Ideó, quod ex voluntate suscepit, ex necessitate jam tenebit: quia omnino necesse est eum reddere vota sua.--Cæterùm fælix necessitas, quæ cogit in melius.*

61 Quid agitabas animo, Humphrede, dum hæc transcriberes? Adeóne sapis, ut putes, medelâ opus esse, ubi non sit morbus? Quid, quæso, hic locus ad *consilia Evangelica*? Ne γρὺ quidem: nisi, injuriosior in sacratissimum Jesu Christi Evangelium, statuas *cõsilia Benedicti* esse *Evangelica*. De *Regula Benedicti*, cujus facta est apud Bernardum mentio, [r] quęsitum, An omnia in eâ contenta cadant sub præcepto, an verò aliqua sint consilia? Respondet [s] Johannes de Turrecremata, Cardinalis, distinguendo totam *Benedicti regulam* in *præcepta*, & *consilia*. [t] Bernardus autem in hunc sensum; *Instituta Benedicti* vel *de spiritualibus sunt*, vel *nõ*. Si *de spiritualibus* sunt, [verbi causâ, de caritate, de humilitate, de mansuetudine, & similibus, quæ non tam Benedictum constat instituisse, quam Deum,] ea, *præcepta* quidem *sunt*, nec *mutanda*. Reliqua autem universa, *monita* sunt, seu *consilia* cẽsenda. At cujus *monita*? cujus *consilia*? Nónne *Benedicti*?

[r] Archan. de Turrecremata apud Hospin. de orig. Monach l. 4. c. 5. fol. 132. b.
[s] Comment. ad Reg. Benedicti.
[t] De præcepto, & dispens. in initio.

Eáne tu Evangelica appellabis? Noli blaſphemare.

[u] De orig. Monach. l. 4 c. 5. fol. 132. b.

62 Nos ita cum [u] Hoſpiniano ſimpliciter reſpondemus. Si ea quæ *Benedictus* in *Regula* ſua ſtatuit, deſumpta ſunt ex lege & verbo Dei; [cujus generis ſunt pleraq; quæ cap. 4. REGVLAE continentur, videlicet, *Diligere Dominum Deum ex toto corde, tota anima, tota virtute*, & *proximum tanquam ſeipſum*; *Non occidere*; *Non adulterari*; *Non furtum facere*; *&c.*] ſunt ea quidem *præcepta*, ac nullo modo pro *conſiliis* habēda: ad eáq; non ſolum Monachi, ſed & reliqui homines obligantur, non quod BENEDICTVS homo ſuperſtitioſus, ſed quòd Deus ea præceperit. Quæ verò vel contra, vel extra verbum Dei ſunt à *Benedicto* inſtituta, ea non modò neminem obligant, verumetiã ſummopere ſunt cavenda: atq; utut *conſilia* dici poſſunt, certè non debent dici *Evangelica*. Ita, niſi ſponte cæcutire tibi oculos pateris, vides, quam nihil hoc in loco cauſam tuam agat *Bernardus* tuus.

63 Longior fui, [quàm debui pro modo Appēdicis,] in *Patribus* tuis *Latinis* examinandis: ſi æquis paſſibus *Græcos* nunc inſequerer, in immenſum excurrerem. Oportet, me reprimam, atq; cohibeam. De *Græcis* igitur generatim atq; univerſè dico: eos, quum *Græcè* ſcriberent, nuſquam in CONSILII mentionē incidiſſe; immò nec potuiſſe. Ubi [x] Bellarminus ad locum ſæpiùs repetitum [1. Cor. 7. 25.] obſervaſſet, Paulum non dicere, *Conſilium dare vellem*, ſed, *Conſilium do*; audaciùs de *Patribus* OMNIBVS pronunciabat, *eos ſic exponere*. Audaciam hominis notat Junius, aurémq; ei vellit. Patres omnes ſic exponunt? Quid? OMNES? Quis credet? Forſitan *Latini*, Latinam ſequuti tranſlationem, id agunt. Num *Græci* item? At

[x] Lib. de Monach. cap. 9. parag. At contrà.

[y] Juni-

y Junius: *Græcorum* NVLLVS *Consilium vocat.*

64 Audin', Humphrede? *Consilium* non est vox Græca. Fuit aliquando tempus, si memineris, cùm pro z concione à nobis, [à me a cũprimis,] scisciterere; quid S. Paulo in mentẽ venerit, ut 1. Cor. 7. 25. apertè distingueret inter *Præcepta*, & *Consilia*? At quî probas apertè eum sic distinxisse? Elicis ex vulgatâ Latinâ; [*Præceptum non habeo, consilium do*:] eámque versionem toti *Ecclesiæ Latinæ* probatam asseris: etiã *Græcos Patres* omnes sic accepisse. Quid? OMNES? Quid? *Justinus*, & *Irenæus*, & *Clemens*? OMNES? Hîc tibi regero Junianum illud: *Græcorum* NVLLVS *Consilium vocat.*

y Animadvers. in Bellar. controv. 5. l. 2. par. 81.

z Vid. Triumph. veritat. part. 1. pagi 45.

a *Me enim nominatim compellat in marg. pag.* 44.

65 Quin *Paulum* ipsum consule: comperies quidem ab eo discrimen positum, non inter *præceptum* & *consilium*, quod vult vetus Interpres; sed inter Ἐπιταγὴν & γνώμην. Ἐπιταγὴ quidem *præceptum est*, non autẽ γνώμη *consilium*. Si *consilium* voluisset Apostolus, εὐαὰν, non γνώμην posuisset. At γνώμην ponit. Quid γνώμη illîc sit, dixi b superiùs. Certè eodem significatu ponitur, quo versu ultimo ejusdem capitis, ubi de viduâ ait: [c *Beatior erit, si ita maneat* κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην:] quo vocabulo non intelligit *dubiam opinionem*: sed perinde est, ac si diceret, tale suum esse *judicium* de quæstione ista: *Beatior erit, si ita maneat juxta meam sententiam*, hoc est, quemadmodum ego quidem judico.

b Cap. 2.

c 1. Cor. 7. 40.

66 At ibi quoq; vulgatus Interpres habet *cõsiliũ*. Si *consilii* nomen retineri vis, fac sano sensu capias, ego nõ renitor. *Consilium* intellige *divinum*, ac nõ *contemnendum*, (ut d Hieronymus;) & assentior. In hunc sensum ita venerabilis e Beda ex S. f Augustino: *Cum dixisset Apostolus de muliere, cujus vir mortuus fuerat*

d Comment. in 1. Cor. 7. 40.

e Exposit. in 1. Cor. 7. 40.

f De adulter. conjugiis ad Pollentium, lib. 1. cap. 18.

[*Beatior autem erit si sic manserit, secundum meum consilium:*] *ne quis hoc consilium tanquam humanum, & nõ divinum, contemnendum putaret, adjecit:* [*Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.*] *Proinde intelligendũ est, etiam ipsa, quæ non à Domino jubentur, sed à sancto ejus famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam Catholicus dixerit; quãdo suadet Spiritus sanctus, non Dominum suadere, cùm & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera Trinitatis.* Eâdem mente & Jesuita [g] Salmeron in verba Apostoli, [*Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam,*] respondet; *hoc dictum fuisse ab Apostolo, ne quis arbitraretur humano consilio hæc dici, & non Spiritûs sancti eruditione, & impulsu; ac ne facilius spernerentur, quæ consulebat. Et hinc,* inquit, *intelligamus, non solùm illa, quæ à Domino jubentur, sed & ea, quæ à sanctis servis Dei, & ministris utiliter suadentur, Domino illos inspirante, ac docente, à nobis esse præstanda.* Hoc intellectu *consiliũ* cape; *consilium,* non humanum, sed *divinũ*; non contemnendum, sed *præstandum*, utpote à Spiritûs sancti eruditione, & impulsu profectum; & si fueris ille S. Augustini *Catholicus*, facilè dabis *consilium* illud Pauli, *præceptum esse*: *præceptum*, non commune omnium; [i] *non* enim *omnes capiunt*: sed particulare aliquorum; eorum, *qui* [k] *possunt capere*; corũ, [l] *quibus datum est*, ut capiant: quemadmodum suprà fusissimè demonstravi. Hæc ad *Græcos Patres* generatim à me dicta. Vis, singillatim unumquemq; ut attingam? Faciam, quàm potero, paucissimis.

[g] In 1. Cor. 7. disp. 15. parag. Postremo.
[h] 1. Cor. 7. 40.
[i] Mat. 19. 11.
[k] Vers. 12.
[l] Vers. 11.

67 Origenes in Rom. 15. secundum Hieronymi translationem sic habet: *Ea, quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis. Verbi causâ, virgini-*

tas

tas non ex debito solvitur: neq; enim per præceptum expetitur, sed supra debitum offertur. Audi denique Paulum dicentem, De virginibus autem præceptum Domini non habeo. Sic ille: nec pergit ulteriùs. Pessimâ tu cum fide citas, quippe cui insuper adjicis ex vulgata Latina, [*Consilium autem do,*] ut credulo lectori tuo fidem facias, etiam apud Origenem *consilii* nomen reperiri. Quòd si ita: certè *consilium* illud Origenis nihil esset aliud, quàm Pauli γνώμη. Sed nulla habetur loco citato *consilii* mentio.

68 Quid ergo Origenes? *Ea*, inquit, *quæ supra debitum facimus, non facimus ex præceptis.* Quæ *supra debitum* facimus? quænam illa tandem? Affirmat [m] Danæus blasphemum esse Origenem, qui hoc scribat. Et haud dubiè quicquid *boni* possumus, vel *corde*, vel *animâ*, vel *mente*, vel *viribus*, id omne à nobis Deo [n] debetur. *Debetur*: ergo *supra debitum* quicquam boni facere, non est nostrarum virium. Quod addit Origenes, [*virginitatem non ex debito solvi, sed supra debitum offerri*:] de eo quidem distinguit [o] Junius: aliud esse *debitum ex præcepto communi*, quod commune est omnium; aliud *debitum ex vocatione*, & *dono singulari*; dicitq; virginitatem *communiter* non esse debitum; in eo verò, qui *vocatione* & *dono* à Deo instructus est, *debitum* esse *singulare*: ac Origenem de *debito* secundum rationem *præcepti communis* loquutum esse.

69 Sed heus tu, quid tibi cum Origene? An neseis, quam de eo ex *Prato spirituali* revelationem citat [p] Bellarminus? Audi igitur: *Origenes visus est in gehenna ignis cum Ario & Nestorio.* An ignoras, teneri te ex decreto Synodi Oecumenicæ ad anathemati-

m Respons. ad Bellarm. cõtr. 5. l. 2. c. 11. parag. Cæterum.

n *Ad caput meũ secundum par. 23. & hujus Append. parag. 54.*

o Animadvers. in Bellarm. controv. 5. l. 2. c. 11. parag. 1.

p De purgat. l. 2. c. 8 parag. Septimum est.

zandum Origenem? Habe decretum: [q] *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychen, Origenem, cum impiis eorum conscriptis,--- talis anathema sit.* At quæ ejus Synodi autoritas? Permagna; siqua Gregorio fides. Quid ille? *Sicut,* [r] inquit, *sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor. Nicænum,---Constantinopolitanum,---Ephesinum,---& Chalcedonense.---Quintum quoq; consilium pariter veneror.---Cunctas, quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo.---Quisquis aliud sapit, anathema sit.* Tibi id dictum puta, nisi *Origenis* personam respueris. Hinc forsan [s] Maldonatus, Origenem *quasi Arianorum & Eunomianorum patrem* dicit. Auden' jam Origenis arripere patrocinium? Si feceris; stylo Baronii perstringêris. Sic enim [t] ille: *Miratus sum vehementer post damnationem Origenis ab Anastasio Papa Pontificiâ autoritate inflictam, post ejusdem reprobationem in Sexta Synodo pronunciatam, post tot antiquorum Patrum in idipsum conspirantes sententias; adhuc recentiores quosdam ausos esse, pro eodem novas edere apologias.* Siccine vos, [qui nihil quàm PATRES, PATRES, clamatis,] Patrum fermè antiquissimo, *Origeni* honorem defertis? Nos eò insolentię furorisq;, haud processimus. Dicimus quidem [quod [u] Maldonatus,] *Origenem cautè legendum esse*; & tamen nihilominùs de eo celebre illud vetustatis judiciũ, ut pium, agnoscimus: UBI BENE, NEMO MELIUS.

70 Origenem apud te sequitur EVSEBIVS. Locus, quem ex eo adducis, habetur lib. 1. Demonstrat. Evangel. [x] cap. 8. Ibi ita lego: *In Ecclesia Dei duo vivẽdi modi instituti sunt: alter quidem naturam nostram,*

[q] Quinta Synod. Constantinopol. Confess. 8. c. 11.

[r] Distinct. 15. Sicut.

[s] Comment. in Iohan. 1. 3.

[t] Annal to. 2. Anno 256. num. 40.

[u] Comment. in Iohan. 1. 1.

[x] *Juxta versionẽ Donati Veronensis ad exemplari Græco Rob. Steph. Sect. 9 p. 21.*

&

& communem hominum vitæ rationẽ excẽdens, nõ nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens,--sed soli divino cultui ex immenso rerum cœlestium amore addictus; --- & talis quidem extitit in Christianismo perfectus vitæ modus: alter verò remissior, atq; humanior; hic & modesto conjugio, & sobolis y *procreatione implicatur, & rei familiaris curam assumit.---Iis, qui hunc modum elegerunt, secundus pietatis attribuitus est gradus.---*

y Sic lego cum procurationis, ut in exempl. Latino est, incuriâ (credo) Librarii. Græcè enim est, ἀμεριμνίας.

71 Hoc Eusebii, etiam [z] Bellarmino clarissimũ est pro *consiliis Evangelicis* testimonium. Verùm hîc mentio nulla *consilii*. Est aliqua *præcepti*. Dicit enim duos in Ecclesia vivendi modos νενομοθετῆσθαι, *lege sancitos esse*; unum cœlibum, alterum conjugatorum. *Lege sancitos* dicit? Quidni & *præcepto*? Hoc est, quod nos affirmamus: [a] utrumq; *vitæ* modum, tam *cælibis*, quàm *conjugatæ*, à Deo præcipi; hunc *præcepto communi*, illum *dono*, & *vocatione singulari*, quod *singulare præceptum* est. Voluntas autem nostra alterutrum amplectitur *præcepti* modum, ut Deo vocanti obsequatur. Præterea Eusebius, (ut rectè observavit [b] Sculterus,) ubicunq; loquitur de *continentia* fideliũ in Ecclesia Apostolica, ibi non obscurè innuit, eos, *qui capere potuerunt*, non *consilio*, sed *præcepto* Christi adductos, *continentiam* exercuisse. [c] Scribit enim *ex continentia discipulorum Christi cognosci, qualis fuerit* PRÆCEPTOR. Præceptor præcepta dat. Quin & idẽ, [de Demonstrat. Evangel. lib. 3 cap. 6.] Christi dictũ illud [d *Sunt Eunuchi*, &c.] citans, sic ait: *Temperãtiæ Christi illa* [σωφροσυνία] *doctrina magno argumento esse potest, quî turbulentos appetitus ex ipso cogitationis profundo resecare* [ἐκκόπτειν] *jubebat, dicens; Sunt Eunuchi, qui*

z Lib. de Monach. cap. 11. parag. 1. & 3.

a Junius animadv. in Bellar. contr. 5. l. 2. c. 31. par. 2.

b Medul. Theol. Patrũ, part. 3. p. 203.

c Euseb. lib. 3 Demonstr. Evang.

d Matth. 19. 12.

qui sic nati sunt; & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; & sunt Eunuchi, qui castraverunt seipsos propter regnum cælorum. Dictum istud Christi Eusebius vocat διδασκαλίαν, non βουλὴν, *doctrinam*, non *consilium*; ibidémq; Christum ait διδάσκειν, non συμβουλεύειν, *docere*, non *consulere*. ἐδίδασκε, *docebat*. Donatus Veronensis vertit, JUBEBAT. Nec malè. Ea certè vis est verbi, ἐδίδασκε: & Christus, ubi docet, *jubet*.

72 ATHANASIUM adjungis, quem consiliorū Evangelicorum propugnatorem videri vis; satis profectò impudenter. Verba ejus in libro de Incarnatione verbi Dei, quæ affers, juxta Pet. Nannii versionē sic [c] habent; *Quis hominum, vel post mortem, vel in vita, autor servandæ virginitatis fuit? ac non contrà arbitratus est eam virtutem præstari non posse? Attamen noster Salvator, & omnium Rex Christus, tantùm valuit in hujusmodi præceptis, ut pueri nondum maturi legū disciplinæ, virginitatem, quæ supra leges est, profiteantur.* Apertè scribit Athanasius; *Christum tantum valuisse præceptis suis, ut etiam pueri virginitatem professi sint.* Tu quid hinc colligis? *probasse Athanasium consilia Monasticæ perfectionis?* Colligit &[f] Bellarminus. Egregiè uterq;. Athanasius loquitur de *præceptis*, vos concluditis de *consiliis*.

[c] In edit. Cōmelin. Græcolat. p. 77.

[f] Lib. de Monach. cap. 11. par. Athanasius.

73 At Bellarminus ad Athanasium apponit notam; NOTA, inquit, *vocari hic præcepta, non leges obligantes, sed institutiones, & doctrinam; alioqui pugnaret ipse secum, quū & præceptum vocat, & supra legem esse dicit.* Et tu, Bellarmini simia, maledictam ad marginem tuum apponis glossam. *Athanasius*, inquis, *nō vult virginitatem præceptis vllis imponi, sed Christum regulas suas tradidisse*, &c. Fallimini: Bellarminus no-

tâ

tâ suâ; tu glossâ tuâ. Nam Athanasius de eâdem virginitate [g] alibi loquens, stylum non mutat: sed quod Bellarminus *institutionem*, & *doctrinam* vocat, tu verò *regulas*, nescio quas; id ille σημνὸν, καὶ οὐράνιον παρθενίας ἐπάγγελμα, hoc est, *sanctum & cæleste virginitatis mandatum*, appellat.

[g] In apolog. ad Imper. Cōstantium, pag. 543.

74 At dicit Athanasius, *virginitatem esse supra legem*: quomodo igitur secum ipse non pugnat, dum *præceptum* vocat? Respondet Bellarmino [h] Scultetus adhibita præcepti distinctione: præceptum est vel *simplex*, vel *conditionale*. Sic igitur, BELLARMINE, cōcludere debebas; *virginitas est supra legem*: ergo *nō est simplicis præcepti, sed conditionalis*; sicut dicitur, QUI POTEST CAPERE, CAPIAT. Eodem spectat & distinctio illa [i] Juniana, inter præcepta *nuptiarum communia, ex lege naturæ; & cælibatûs particularia, ex dono & vocatione singulari Dei*: quâ planum facit, nullam esse in verbis Athanasii repugnantiam.

[h] Medull. Theol. Patrū, part 2. p. 153.

[i] Animadvers. in Bellarm. controvers. 5. l. 2. c. 11. par. 3.

75 Quartus in acie est BASILIVS Magnus: cujus è libro de virginitatis integritate plura à te decerpta video, in hæc ferè verba; [k] *Non velut virginitatem deinceps in vita sancientes, hæc dicimus; sed his, qui pretiosam ipsius margaritam mercari proposuerunt, puritatem ipsius undiq; immaculatam ostendentes*. Etenim *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium tantùm do. Neq;* enim *Dominus in lege, aut in Evangelio, virginitatem sancivit. Qui enim matrimonium instituit, — & ob id,* CRESCITE, *& multiplicamini, dixit; quomodo virginitatem tunc sancire poterat? — voluit enim non præceptum esse ipsum virginitatis rectè factū, sed insigne animæ virtutis studiosæ ex propria, & libera potestate, id quod supra mandatum; & supra naturam est,*

[k] Habetur hic locus in edit Lat. [in 4. venet. 1548.] p. 8. 9. & edit. Græc. [in fol. Basil. 1551] inter ἀσκητικὰ p. 635.

à seipsa perpetrantis. Nuptiæ equidem naturæ gratiâ fiunt: --- at virginitas transgressa naturam, legi non servit, supra legem integritatis rectè factum creatori, ac legislatori offerens. Ob id itaq; Dominus nusquam virginitatem sancivit, --- animæ virtutis studiosæ esse sciens. Verùm, ubi audivisset eum, qui ad ipsum dixit; NON *expedit matrimonium contrahere: immensitatem virginitatis ostendens, dixit;* NON *omnes capiunt. Divinissimus Apostolus vestigia ipsius sequens, quæ quidem necessaria sunt ad vitam in Epistolis præcipit; --- de virginibus autem nihil à seipso pronunciat. Interrogatus autem, imitatur Dominum, ac dicit;* DE *virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Sic Basilius tuus.

l Quæ excudit cum oper. Basil. edit. venet. in 4. A. D. 1548. & edit. Colon. in fol. A. D. 1533.

m Ita est in Gra. edit. Rob. Steph. & in vers. Masculi, at in versionib. Christophorsoni, & Grynæi, est cap. 13.

76 Respondeo; librum de *vera virginitate*, quū sit inter ἀναντίρρητα Basilio ascripta, dubiæ fidei esse: nec autoritatis tantæ, ut in eo dogma tuum de *consiliis* fundari possit. Ἀναντίρρητα *Basilii* dubię fidei esse, duo cumprimis suadent. Unum est, quòd illa in Catalogo monumentorum *Basilii* à *Gregor. Nazianzeno* in l *Monodia* non recensentur: quæ certè homo, qui ex professo laudationem *Basilii* instituerat, omissurus minimè fuisse videtur. Alterum est, quòd *Sozomenus* lib. 3. cap. m decimoquarto scribat, nonnullos constãter affirmasse, librum *Basilii*, qui Ἀναντίρρητα inscribitur, ab *Eustathio* editum fuisse. Et quis iste *Eustathius*? n Sebastiæ in Armenia Episcopus, pòst ab officio remotus; o Monastices in Armenia, Paphlagonia & Ponti montibus autor; in p nuptias iniquissimus; [ut qui docuerit, q nullum in conjugali gradu positum, spem ullam apud Deum habere:] & tam ob istud, quàm ob alia ipsius perversa dogmata, in Concilio r Gangrensi anathemate damnatus. Si iste autor fuerit *Ascetici* illius

n Sozom. hist. eccl. l. 3. c. 14. Socrat. l. 2. cap. 33.

o Sozom ubi suprà.

p *Nuptias fieri prohibuit: & nonnullos, qui nuptias contraxerant, à connubio segregavit.* Socrat. ubi suprà.

q Dist. 26. prima adnot.

r Socrat. & Sozom. ubi suprà, Dist. 30. si quis nuptias Dist. 31. si quis vituperat.

Capitula concilii habentur Tom. 1. Concil. edit. venet. Nicæn. p. 609.

illius *scripti*, unde eam, quâ de nunc agimus, autoritatem desumpsisti; habe responsum meum: *Non est Basilius, quem esse putas.*

77 At[r] Hieronymus à *Basilio ἀσυλλήπτως* elaboratum asserit. Respondemus igitur; *Basilium* tam in hoc libro de verâ virginitate, quàm in aliis Asceticis, [t] *superstitiosè*, & *nimis magnis præconiis virginitatem extulisse*. In eo tamen causam Pontificiam nequaquã promovit. [u] Non enim censuit, aut voto quenquam obligandum; aut virgines in Monasterio includendas; aut, post periculum suarum virium factum, ad persistendum cogendas. Hoc ipso de virginitate libro, virginibus suadet, *etiam post votum* [spontè, & liberè factum,] *potiùs sanctè cum maritis, quibus nubant, vivere; quàm per lasciviam in virginitate illâ quenquam offendere.*

[r] In catalogo script. Eccles.

[t] Magdeburg. cent. 4. c. 10. p. 953.

[u] Sutliv. de Monach. instit. cap. 13. par. Basil. us.

78 Jam ad verba Basilii: *Dominus*, inquit, *neque in Lege, neq; in Evangelio* [παρθενίαν ἐνομοθέτησεν] *virginitatem sancivit*. Damus quidem, *virginitatem* à Domino non esse sancitam *lege communi*. Nam *lex communis* est omnium hominum; éstq; de rebus absolutè necessariis, & omnes obligantibus. Verùm hoc nihil contra nos facit; qui tàm *conjugium*, quàm *virginitatem* à *lege communi* eximimus. Utrumq; enim à *dono Dei*, & *vocatione singulari* pendet: ac utrumque per se *bonum* est; sed per singularem Dei vocationem *bonum* est hoc huic, illud illi, ut acutè [x] Junius. Atqui ait Basilius, VIRGINITATEM *esse supra mandatum, & supra naturam*. Expedita est responsio; *virginitas* est *supra mandatum commune*, quia ex mandato, & vocatione *singulari* est: etiam *supra naturam* est, quia ex *dono Dei* est. Sæpiùs hoc dixi. At bis facit CONSI-

[x] Animadvers. in Bellar. controv. 5. l. 2. c. 13. parag. 86. & 89.

LII ex *Paulo* mentionem. Falleris; non facit: ipsissimum citat Pauli verbum, [γνώμην.] Tu *Interpretem* sequutus, loco γνώμης CONSILIVM substituis. Non inficiabor ab autore tuo, (si is *Basilius* sit,) [y] συμβουλὴν, & [z] συμβουλὴν ἐλευθέραν vocari, quod *Paulus* γνώμην dicit. Fac tamen consideres annon vir ille doctissimus, & Græcæ linguæ callentissimus συμβουλὴν eodem sensu ponat, quo aliquando βουλὴ sumitur; nempe, ut idipsũ significet, quod γνώμη: ut Iliad. α. 5. --- διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ: & Iliad. β. 143. --- ὅπι οὐ βουλῆς ἐπάκουσε. Utroq; in loco βουλὴ est γνώμη, sive *decretum*; non *consilium*. Si nescias, si dubites, consule [a] Lexicographos; illi te instituent. Hæc ad Basilium.

[y] pag. 639. lin. 40. edit. Basil. in fol. 1551.
[z] Ibid. lin. 37.
[a] Phavorinũ, Stephanum, &c.

79 Quid Nazianzenus? Ille Julianum Imperatorem sic [b] alloquitur; *Quomodo illud non animadvertis, omnium sapientissime, & ingeniosissime, atq; ad virtutum arcem & verticem Christianos coarctans; quòd in legibus nostris, alia parendi necessitatem imponunt, nec sine periculo prætermitti possunt: alia non necessitate constringunt, sed in electione & voluntate posita sunt; ac proinde hanc rationem habent, ut qui ea custodierint, honore & præmiis exornentur, qui autem minùs ea expleverint, nihil periculi pertimescant?* Sic locum tuum ex Gregorio Nazianzeno juxta [c] interpretationem Billianam transcribit [d] Bellarminus: quem paulò aliter, et ad exemplar Græcum appositiùs transtulit [e] Bilibaldus Pircheimerus. Verùm non est, quòd de versione litigemus.

[b] Invectivâ primâ, pag. 295 edit. Græc. Basil. 1550.
[c] Iacob. Billii. in oper. Nazianz. edit Basil 1571 p. 769.
[d] Lib. de Monach. cap. 11. par. Gregor.
[e] In operib. Nazianz. edit. Basil. 1534. p. 100. & 1550. p 366.

80 Respondeo, te parum consilii habuisse, quum hunc locum pro *consiliis* adduceres. Omnino alienus est iste locus, & adversus causæ tuæ. Contumeliosiùs objecerat Christianis [f] Imperator, in ipsorum lege scrip-

[f] Apud Nazianz. invect. 1. in Julian. edit. Græc. p. 295.

scriptum esse; [μήτε ἀμύνεσθαι, μήτε δικάζεσθαι, &c.] *non esse vindicandum, non contendendum judicio, non reddēdum malum pro malo, alteram maxillam percutiēti præbendam, tunicam post pallium exuendam.* Ad hæc respōdet Nazianzenus; τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας, τὰ μὲν ἀνάγκην ἔχει τοῖς ἐπιταττομένοις: τὰ δὲ οὐκ ἀνάγκην, αἵρησιν δὲ. Distinguit fateor, instituta *electiva* à præceptis *summè necessariis*; ita tamen, ut etiam *electiva* instituta, *legis* esse dicat: *legis*, non *consilii*. Scribit ille in apostatam, juratum Christianæ pietatis hostem; qui ludibrio excepisset, si quis de *vocatione privata*, & *singulari Dei dono* dixisset. Comparationem igitur instituit inter [g] *præcepta publica* necessitatem obsequii simpliciter apportantia, & *instituta electiva*; ut sic, si fieri possit, homini naturali secundum naturæ rationem respondeat. Nec ideo tamen negat *electiva* (quæ vocat) instituta, *præcepta* esse. *Præcepta* quidem sunt; *non vindicandum esse, non contendendum judicio*, & reliqua, quę *electiva* vocat. *Præcepta* sunt, non *absoluta*, sed *conditionalia*. Illa enim necessitatem obedientiæ absolutè exigunt: ista non item, sed conditionem quandam implexam habent, quæ *electionis* singularis est, sed ex *dono* & *vocatione Dei*. Huc illud Apostoli; [h] *ut unumquemq; vocavit Deus, ita incedat*: hoc est, ita eligat, ita contineat, ita matrimonium cōtrahat, ita vēdat omnia, & det pauperibus, & habebit thesaurum in cœlo. Vides, quo sensu Nazianzenus dixit; τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας, τὰ μὲν ἀνάγκην ἔχει: τὰ δὲ οὐκ ἀνάγκην, αἵρεσιν δὲ. Certè non astruit *consilia Monastica*.

g Iun. animadvers. in Bellarm. controv. 5. lib. 2. cap. 11. par. 5.

h 1. Cor. 7. 17.

81 Jam ex [i] CHRYSOSTOMO quænam libas? Audiamus. *Dominus haud mandat impossibilia; multi & ipsa superant mandata. Virginitatem servare, &*

i Homil. 8. de Pœnitentia.

in bonis nihil poßidere, nuſquam mandat.---Propterea Paulus inquit; De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. Cernis non mandatum, ſed conſilium? Cernis non præcipientem, ſed admonentem? Alterum neceſſitatis, alterum voluntatis. Non præcipio, inquit, ut onerem: moneo, & conſilium do, ut alliciam. ---Sic & de mendicitate rem non poſuit in præcepto; neq; ſimpliciter dixit, Vende quæ habes: ſed, ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende quæ habes. Non cogo, non gravo; ſed proficientem quidem coronabo, non proficientem non punio. Nam ea quæ ex mandato, quæve ex debito fiunt, præmium jam tale non conſequuntur; quæ de induſtria, ſponteve fiunt, ſplendidas coronas ſuſcipiunt. &c.

82 Reſpondeo ad Chryſoſtomum, ſi modò ipſe ſit autor homiliarum de Pœnitentia. *Multi*, inquit, *ſuperant mandata.* Superant? quo ſenſu? Eôdem certè, quo [k] aliàs ab eo dictum eſt; *Nónne præcepta Dei adeò facilia ſunt, adeò levia, ut multi philoſophicâ tantũ ratione ea exceſſerint?* Multíne philoſophicâ tantùm ratione præcepta Dei excedunt? Quis Oedipus iſtud nobis explicabit ænigma? Dat quidem [l] Bellarminus Chryſoſtomo, *omnia quæ legis ſunt, Gentiles* IMPLESSE: *omnia* nempe, *quæ ad unam aliquam legem pertinent, ita ut in ea lege ſervanda nihil peccaverint.* Verùm non videtur iſtuc ſatis. Dicit enim Chryſoſtomus, *multos* SVPERARE *mandata*, EXCEDERE *præcepta.* Dicta hęc cape, [ut [m] Perkinſus] *quoad actus externos*: & ſolutum erit ænigma.

[k] Homil. 2. in 1. Cor.

[l] De Grat. & lib. arbitr. lib. 5. c. 6. parag. Reſpondeo, jam.

[m] Prob'em. tit. Supererogatio. p. 118.

83 Addit Chryſoſtomus de *virginitate*, eam *nuſquam mandari.* Rectè. Nuſquam quidem mandatur abſolutè, hoc eſt, *mandato communi omnes obligante:* eodémq; ſenſu dicitur, non cogi, non neceſſita-

tis

tis esse, non ex debito. Hinc tamen haud sequetur, non esse *mandati specialis*, ut [n] superiùs fusissimè demonstravi. Quod autem adjicit de *paupertate*, [eam *non poni in præcepto*;] etiam id de *præcepto communi* verum est: aliàs ea verba, [*vende quæ habes*,] ipse Chrysostomus comment. in Matth. 19. Homil. 64. *præceptum* vocat. Expressè ait, Christum hisce verbis *magnum quiddam* INJVNXISSE: & mox suadet; *omnia reipsa præstanda quæ ab ipso* JVBENTVR. At hunc locū [o] suprà adduxi.

[n] In hac. Append. parag. 15, 16, 17, 29, 38, 43, 45, 51, 55, &c.

[o] parag. 51.

84 Jam tecum ipse cogita, quàm prudens fueris in loco isto Chrysostomi proferēdo. Agit Chrysostomus *de iis, qui mandata superant*: dic bonâ fide; num tales sunt Monachi vestri? Monachi Chrysostomi proficiebant in *paupertate*: num vestri ita? Quorsum igitur apud vos [p] tot pulchra collegia, tot amplæ domus, tot reditus? Monachi Chrysostomi proficiebant in *virginitate*: num & vestri? Quorsum igitur querela illa [q] Volkuini Abbatis? *Quid enormius, quàm in nocte tractare filiam veneris, & de die filium virginis? Audent Sacerdotes carnem agni immaculati contingere, & intingere manus suas nefarias in sanguinem Salvatoris, quibus paulò antè carnem meretricis tractaverant.--- Miser Sacerdos, qui filium Dei occîdit, & jugulat diebus singulis; totâ autem nocte est in amplexibus veneris, & pendere ad ubera meretricis non desistit.* Monachi Chrysostomi non *cogebantur*; nónne cogūtur vestri? Certè. In [r] Regula Francisci legimus; *post probationis annos, & votum nuncupatum, nullo modo licuisse de religione exire.* Monachis suis suadet [s] Chrysostomus, etiam *post votum* potiùs *nubere*, quā *uri*, quàm lascivire, quàm scortari: num sic vos vestris?

[p] Epist. Iesuit. 2. p. 65.

[q] Homil. super Evang. de semine, & zizā. in Antilog. Papæ, p. 744.

[r] cap. 2.

[s] Homil de cohabitatione Regularium fœminar. cum viris.

stris? Non suadetis. Et quid non? *Quia majus malum est nubere post votum, quàm fornicari.* Istud dicit [t] Bellarminus. Quænam ejus ratio? *Quia, qui ita nubit, reddit se inhabilem ad votum servandum, quod non facit, qui fornicatur.* Nónne vides quantum intersit inter Monasticam Chrysostomi, & vestram?

[t] Lib. de Monach. cap. 34. parag. Est autem.

85 Ad THEODORETVM veniamus. Quid ex eo habes? Ista. [u] *Cum dixissent Apostoli;* [x] *Si ita est lex uxoris, expedit uxorem non ducere: Dominus respondit,* [y] *Non omnes capiunt verbum hoc; & rursus,* [z] *Qui potest capere, capiat. Propterea divinus quoq; dixit Apostolus; Præceptum Domini non habeo. Si ergo legem non accepisti, quid sibi vult quod dicis, consilium autem do? Non legem fero, sed consilium affero.* Sic Theodoretus à Gentiano Herveto Latinè factus.

[u] Interpret. in 1. Cor. 7. 25.
[x] Mat. 19. 10.
[y] ver. 11.
[z] vers. 12.

86 Respondeo, hunc quidem locum esse, quod aiunt, οὐδὲν πρὸς διόνυσον: nisi quòd in eo nuda fiat ab interprete CONSILII mētio. Quod ait Paulus de *virginibus* [ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι,] id μεταφραστικῶς reddit Hervetus; *Non legem fero, sed consilium affero.* Græcum Theodoreti exēplar videre mihi haud contigit, habeo itaq; interpreti fidem: atq; affirmo; Theodoretum, *magni Johannis Chrysostomi sectatorem quiq; illum sibi quasi primarium exemplar stylo conformando proposuerat,* (quod asserit [a] Nicephorus,) *consilii* nomine nihil aliud voluisse, quàm quod Chrysostomus. Quid autem illud? *Præceptum,* non *commune omnium,* quia *omnes non capiunt;* sed *speciale* eorum, *quibus datum est, qui possunt capere;* quæ expressa mihi videtur Theodoreti expositio. Hoccine te juvat?

[a] Hist. eccles. lib. 14. cap. 54.

87 At juvabit illud DOROTHEI: [b] *Sunt in seculo*

[b] Doctrina 1. prope med.

*lo clari & illustres viri, qui non solùm regi suo vectigalia annua persolvunt; sed & munera offerunt.---Sic & Patres nostri nõ solùm præcepta Dei observavêre debita, sed & gratuita munera obtulêre; qualia sunt, virginitas, & inopia. Hæc enim non sunt præcepta, dona sunt. ---Non dixit Dominus Legisperito, Vende omnia quæ habes, tanquam * imperans, sed tanquam [c] consulens. Illud enim,* SI VIS, *consulentis est, non imperantis. Obtulerunt igitur Patres nostri Deo, cum cæteris virtutibus & dona, qualia prædiximus: virginitatem, inopiam,* &c. Hæc Dorotheus tuus.

* Εντελλόμενος.

[c] Συμβουλεύων.

88 At quem tu *Dorotheum* commemoras? Autorem proculdubio perantiquum: utpote cui præfationem adhibuit & scriptor perantiquus. Et quis ille? Haud facilè dixeris. Anonymus est, ait [d] Margarinus de la Bigne: [e] Possevinus *Nilum* vocat. Affirmat anonymus iste, sive *Nilus*, duos fuisse *Dorotheos*: unum, *Severi errores defendisse*; alterum, *sanam doctrinam retinuisse*: húncq; alterum *inter sanctos Patres, & rectè sentientis, & laudati viri nomen tulisse*. Hic autem alter, is ipse *Dorotheus* est, de quo agimus: ἀρχιμανδρίτης ille; quem primò ante annos centum Latinum [f] fecit Hilarion, Veroneus Monachus; deinde [g] ante annos quadraginta Monachus Cassinensis, Chrysostomus Calaber. Age nunc: Abbas Græcus in Latinum versus à duobus monachis, dicétne pro consiliis Monasticis testimonium? Sic judice te fiet, ut & de vobis verum sit, quod dicitur; *Mulus mulum*.

[d] Bibliothec. Patr. to. 2. pag. 803.

[e] Apparat. sacr. in Dorotheo, p. 419.

[f] Circa Ann. D. 1500. quo vixit Oliver. Caraphæ, Cardinal. Neopolit. ad quem scripsit Hilarion. vide Orthodoxograph. Tom. 1. p. 196.

[g] Circa Ann. D. 1564. vide Possevin. apparat. sacr. in Dorotheo.

89 Jam ad *Dorothei* verba. *Patres nostri non solùm præcepta Dei observavêre debita, sed & gratuita munera obtulêre.*] Negamus istud, ut à Propheticâ & Apostolicâ doctrinâ alienum. Quin potiùs credimus,

[h] Bachman. exerc. Theol. cent. 1. q. 52.

& docemus; [h] adeò corruptam esse naturam nostrã, etiam in *radice*, ut nihil in ea inveniri possit mundum, & integrum, vel in *intellectu*, vel in *voluntate*: ideóq; [i] hominem renatum in hac vitâ, licèt perpetuam *Spiritûs sancti* gratiam comitem habeat, & adjutricem; non posse tamen in seipso, aut *omnia peccata* vitare, aut *totam legem* implere. A nobis est B. Augustinus, [k lib. de spiritu & litera, cap. 36.] ubi de primo præcepto, [*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c.] & de ultimo, [*Non concupisces*,] haud obscurè innuit, ea *à nemine, vel Sancto, in hâc vitâ impleri posse.*

[i] Zanch. de oper. redemp. l. 1. c. 7. de viribus volunt. qu. 1. thes. 4.

[k] Tom. 3.

90 Quod ait Dorotheus de *virginitate*, & *inopia*; ea, non esse *præcepta*, sed *dona*: quî tandem verum esse potest? παρθενία καὶ ἀκτημοσύνη δῶρα εἰσὶ.] *Dona* sunt? Cujus, quæso? Tuáne? atq; à te Deo oblata? Arguit te [l] Apostolus; *Quid habes quod non accepisti? quòd si etiam accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Nihil profectò est aut *donorũ*, aut *charismatum*, quod *Spiritui sãcto* non debeat acceptũ referri: & quicquid in nobis est, aut facultatis, aut energię, id totũ cẽsceatur oportet depositum Dei, animis nostris commodatũ. *Virginitatem* esse *donum Dei* asserit B. Augustinus, lib. de vera virginitate, cap. 40. *De ipsa continentiâ loquens* [m] *Apostolus ait*; *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum: sed unusquisq; proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autem sic. Quis ergo donat ista? Quis distribuit propria unicuiq; prout vult? Nempe Deus, apud quem nõ est iniquitas.* Et eodem libro cap. 41. *Hæc prima sit inducendæ humilitatis cogitatio, ne à se putet esse Dei* VIRGO *quòd talis est; ac non potiùs hoc donum optimum desuper descendere à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec momenti obumbratio.* Idem de

[l] 1. Cor. 4. 7.

[m] 1 Cor. 7. 7.

pau-

paupertate pronunciat, [n] sermone 7. de tempore; *Te ideò* Deus *fecit pauperem, ut sufferendo brevem inopiam, æternam vitam acquireres.* Non sunt igitur *virginitas* & *paupertas*, dona nostra propria, à nobis Deo oblata: sed sunt in nobis dona Dei; donáq; sua in nobis finito certamine nostro Deus [o] coronabit.

[n] Sive Serm. 3. in Natali Domini.

[o] August. epist. 105. ad Sixtum Presbyt. & enarrat. in Psal. 98. & in Psal. 101.

91. Sequitur apud Dorotheum: *Non dixit* Christus, [p] *Vende omnia, quæ habes, tanquam imperans, sed tanquam consulens. Illud enim,* SI VIS, *consulentis est, non imperantis.*] Negamus, illud [SI VIS] consulentis esse. Absolutè enim, & non (ut Bellarminus [q] vult) sub conditione, dixit Dominus adolescenti; *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes.* Ea verba [*Si vis perfectus esse*] non sunt conditionalia. [r] Est enim (ut vulgò loquuntur Grammatici) SI pro *Quia*, vel *Quandoquidem* ex antecedente postulato; *Quo adhuc deficior?* Respondet igitur Christus, *Quãdoquidem hoc postulas, & præ te fers, id tibi in optatis esse; vade, vende quæ habes.* Eodem sensu & Jo. Ferus; *Si cupis is esse, quem jam te esse præsumis, vade, vende*, &c. Sed hæc [s] aliàs: & verba Servatoris, *Vende quæ habes*, præceptum esse jam satis [t] ostendi. Hæc ad Dorotheum Archimandritã, testem non plùs satis locupletem.

[p] Mat. 19. 21.

[q] Lib. de Monach. cap. 9. parag. At errare.

[r] Iun. animad. in Bellarmin. contrev. 5. l. 2. cap. 9. par. 39. pag. 286.

[s] Cap. 2. parag. 9.

[t] Cap. 2. parag. 36. & 37. & Append. parag. 51.

92. Ejusdem farinæ est & MAXIMUS, qui Centuriâ quartâ de caritate, capitulo 67. sic [u] habet; *Quæ à nobis secundum Deum fiunt, partim ex præcepto fiunt, partim non ex præcepto; sed quasi aliquis diceret, voluntariâ oblatione ista fieri. Nimirum ex præcepto fit, ut Deum, & proximum diligamus, ut inimicos amemus, ne adulterium committamus, ne quem neci demus, & id genus alia, quæ transgredientes condemnamur. Cæterùm nõ ex præcepto est virginitas, cælibatus, paupertas, vitæ re-*

[u] In Microprestytico. p. 100. & apud Margarinum de la Bigne Biblict Patr. Tom. 5. pag. 1168.

remitica, & id genus plura alia. Hæc donorum ratione habet; ut siqua præcepta ex infirmitate implere nequiverimus, per dona optimũ illum Dominũ placare studeamus.

93 Egregia certè, & Monacho, ac Abbate digna sententia: ut, *qui præcepta Dei transgredimur, iidẽ virginitate, cælibatu, paupertate, vitâ eremiticâ, & id genus pluribus aliis*, (nescio quibus, electitiis operibus,) *iram Dei* nostri, *tãquam donis placemus*. De Maximo isto, teste verè tuo, ad Johannem, Abbatem in Heylsprun, ita scribit [x] Vincentius Obsopœus; eum quidem nonnulla tradidisse, & scripsisse de Trinitate, dé q; rerum divinarum contemplationibus, à caritate planè aliena, & ἀνθρωπίνως: bonis etiam operibus, libero arbitrio, & humanis viribus plus justo tribuisse. Quid pluribus opus est? Quod verè dicit [y] Bellarminus de *epistolis Martialis Apostoli*, & de *libro Abdiæ de rebus gestis Apostolorum*; idem de *Centuriis Maximi Monachi*, Doctrinisq; Dorothei *Archimandritæ*, & nos verè dicimus: *eos libros non esse tantæ autoritatis, ut in eis dogmata fundari possint.*

x Epist. nuncup. ad Centur. Maximi in Micropresbytico.

y Recognit. lib. de Monach. cap. 27. p. 56.

94 Devenimus ad DAMASCENVM. [z] Ille autem; *Christus lege latâ virginitatem nobis non præscripsit.* (*Non enim, ut ab eo* [a] *dictum est, omnes verbum hoc capiunt.*) *Verùm reipsâ nos eam edocuit, ad eámq; nobis robur conciliavit.*

z Orthodox. fid. l. 4. cap. 25.

a Mat. 19. 11.

95 Hunc Damasceni locum probè intellectum lubentes admittimus. *Christus virginitatem* [ἐκ ὑπομονῆς,] *lege latâ non præscripsit.* Verum id quidem est. *Lege communi* omnes obligante *virginitatem* non præscripsit. Quid ita? Quia, inquit, *non omnes verbum hoc capiunt.* Hinc in laudes matrimonii excurrit; *Bona est* [b] *liberorum procreatio, quam* [c] *matrimonium conflat:*

b Τεκνογονία.
c ὁ γάμος.

bonum

bonum est matrimonium ob fornicationes, quas amputat: bonum est matrimonium iis, quibus deest [d] *continentia.* Aperta est Damasceni sententia; qui donũ continentiæ non habent, matrimonium eis contrahendũ est: qui autem habẽt, eos *virginitatem* [e] *edocuit* Christus, *ad eámq; eis* [f] *robur conciliavit:* atq; iis quidem ex *præcepto singulari*, hoc est, ex *dono*, & *singulari Dei vocatione* virginitas imperatur. Vos ad virginitatem eos obligatis, qui non habent donum continentiæ: non obligabit eos Christus, qui donum habent? Nullam vides apud Damascenum *consilii* mentionem.

[d] ἐγκράτεια.

[e] ἐξεπαίδευσεν.

[f] ἐπεδυνάμωσεν.

96 At est aliqua apud [g] OECVMENIVM; *De virginitate Apostolus,* [οὐκ ὡς ἐπιτάττων, ἀλλ' ὡς συμβουλὴν δίδωσι;] *non præceptum, sed consilium dat.* In promptu est responsio: *consilium* intellige, non *humanum*, sed *divinũ*; & tùm nomen, tùm rem amplectemur. Ita enim *consilium* nihil aliud erit, quàm *præceptum singulare, iis qui possunt capere.* Velim tamen etiam atq; etiam consideres, annon συμβουλὴν posuerit Oecumenius, ut eo vocabulo συνωνύμως uteretur ad Pauli γνώμην exprimẽdam. Si ita; quid συμβουλὴ ad *consilia Monastica?*

[g] 1. Cor. 7. 25.

97 Ultimus apud te THEOPHYLACTVS est, quem ita ferè loquentem introducis; *Multa sunt, quæ non præcipiuntur, sed in arbitrio nostro relinquuntur; qualia sunt paupertas, virginitas, &c. Nam qui potest capere, capiat, inquit Dominus.* At ubi verba? Si notæ tuæ marginali credendum, habentur Enarrat. in Titũ 1. 3. Mendax est nota tua: illîc verba ea non habentur. Tibi lucem facio, & medicinam ex [h] *Coccio*: & pro eo quod scribis, [in Titum 1. 3.] scribendum censeo, [ad 1. Thess. cap. 4. vers. 2.] Ibi ad sensum tuum ex interpretatione *Philippi Montani* ita lego; *Sunt quædã quæ*

[h] Thesaur. Catholic. tom. 2. lib. 4. art. 1. p. 343.

non sunt præcipienda, hoc est, cum minis exigenda: sed in animo, atq; arbitrio auditorum relinquenda, ut facultates omnes, vel relinquere, vel in pauperes spargere; virginitatis statum servare, vel permanere cælibem. Nã qui potest capere, capiat, inquit Dominus.

[i] Fol. 5. a.

98 Si verum clanxerit [i] Tuba Academica; PATRES, quò seniores, eò saniores esse, & quò juniores, eò cẽsendos esse jejuniores: nihil est, qr òd Theophylacti autoritas plurimùm apud nos polleat. [k] Recens admodum est, si cum antiquitate cõferas. De tempore, quo vixit, certi nihil est in promptu: [l] decimo tamẽ ipsum seculo admodum vicinum fuisse, vero haud absimile videtur. [m] Vixisse cum sub Michaële Porphyrogenito, qui cœpit imperare cum Theodorâ Augustâ matre, anno 842. tradit [n] *Sixtus Senensis*: floruisse tẽpore Nicolai I. anno Domini, DCCCLX, scribunt [o] *Bellarminus* & [p] *Possevinus*: claruisse sub Basilio seniore Imperatore, an° DCCCLXXXIII. autor est [q] *Panvinius*: ad annũ 1071. eũ ponit *Baronius*; cósq; omnes, qui aliter senserunt, *à veritatis scopo longè longiùs aberrasse* [r] ait, unóq; id *argumento irrefragabili* [s] demonstrat. Hæc ipsa est secundũ te *Theophylacti* tui antiquitas. Rectè animadvertit *Possevinus*, antiquum illum vigorem *Patrum* in Oriente, procedentibus seculis elanguisse in iis, qui postea successerunt: ideóq; mirum non esse, si etiam in *Theophylactum* potuerit aliquis error incidere. Verùm de erroribus ejus sileo. Ad rem.

k Juel. defens. of the Apolog. part. 2. p. 238.
Whitak. cont. Durær. l. 2. parag. 39.
l Magdeburg. cent. 10. c. 10. col. 522.
m Baron. Annal. tom. 11. A.D. 1071. num. 15.
n Biblioth. sãct l. 4. verbo, *Theophylactus.*
o Controvers. 2. l. 2. de Christo, cap. 21. parag. Post annos.
p Apparat. sacr. verbo, *Theophylactus.*
q In Fastis.
r Vbi suprà Num. 15.
s Num. 19.

99 Dicit Theophylactus, *arbitrio nostro relinquendũ, ut facultates omnes vel relinquamus, vel in pauperes spargamus; ut virginitatis statum servemus, ut permaneamus cælibes.* Respondeo, minimè vera hæc esse,

si

si *simpliciter*, & *absolutè* capiantur: at esse posse, si *secũdum quid. Secundum quid:*] nimirum si nulla nos *necessitas* astrinxerit, siq; à Deo neq; *donum*, neq; *vocationẽ* habuerimus. Aliàs, ubi *necessitas* fuerit, ubi res desideraverit, relinquenda sunt omnia propter Christum, etiam ex ipso Christiani homnis officio. Rursus, si cui *continentiæ donum* Deus dederit, si quem ad *virginitatem*, aut *cælibatum* vocârit; videat ille, ne pro *arbitrio* suo, aut *Dei donum* parvi faciat, aut *vocanti Deo* renitatur. *Ut unicuiq; donum partitus est Deus, ut unumquemq; vocavit Dominus, ita incedat.* Hoc dicit beatissimus [t] Paulus, non tanquam *consulens*, sed tanquam *imperans. Sic*, inquit, *in omnibus Ecclesiis* διατάσσομαι, constituo, edico, impero. Ecquid aliud volunt verba Domini à *Theophylacto* adjecta? Nihil prorsus. [u] *Qui potest capere, capiat:* jis cui *à Deo datum est*, ut *possit capere*, χωρείτω, *capiat.* Optionem non habet pro arbitrio suo *capiendi*, vel *non*: verbo [b] *imperandi* dicitur, χωρείτω, *capiat.* Et hæc ad *Theophylactum*; qui de *consiliis Papisticis*, ne verbum quidem.

[t] 1. Cor. 7. 17.

[u] Mat. 19. 12.

[b] Suprà. par. 38.

100 Hactenus, Humphrede, grãdem illam PATRVM inquisitionem, quâ in calce *Triumphi* tui gloriaris, ad amussim *sacræ Scripturæ* examinavi. Spero nihil omissum, quod ad rem faciat: si quid est, dabis veniam. Reprehendi non debet, qui è segete ad spicilegium relinquit stipulam. Jam tibi videre est, quàm egregius in me *calumniator* extiteris, qui mihi de *spretis Patribus* litem intenderis. *Patres* non sperno: quin potiùs eos magnifacio; scripta eorum veneror; summóq; in pretio post *sacras literas* habeo, atq; habiturũ me profiteor. De quibus in præsenti aliud ego tibi nihil dicam, quàm quod olim Abbati in Heylsprun

(cujus

(cujus [c] suprà memini,) [d] Vincentius Obsopœus; *Sanctorum* PATRVM *scripta, etiam qualiumcunq;, eatenus vera habenda sunt, quatenus ad divinæ Scripturæ amussim exæquata, veritati divinitùs editæ, & inspiratæ, non reclamaverint. Omnipotentis Dei verbum omniũ doctrinarum Lydius lapis, quod aiunt, esse debet. Hujus attritu & indice, si quid nõ purum, putúmq; aurum & argentum inventum fuerit, adulterinum habeatur, & insyncerum, tantúmq; illi tribuatur, quãtum honoris humanũ verbũ meretur: hoc est, reputetur optimo dictum animo; modò testimoniorum fides, religio, & autoritas, quæ soli Christi verbo debetur, in rebus ad conscientiam pertinentibus, illi negetur.*

[c] Parag. 93.

[d] Epist. Nuncup. ad Centur. Maximi, in Microprelyticõ, p. 48.

101 Sic ego, Humphrede, PATRES æstimo, & in hâc *consiliorũ* tuorum causâ æstimavi: in quâ si quid *sacræ Scripturæ* cõsentaneum dixerunt, admisi; sin minùs, ut ab humana fragilitate profectum, omisi, & prę-terii: quod quidem à lectoribus suis ipsi [e] *Patres* postulârunt. Tu modò, quæ dixi, diligenter perpendito; &, nisi sic frõtem perfricueris, ut nullã in te reliqueris pudoris scintillam, fatebere (haud dubito) *Patres* à te citatos, *cõsilia* vestra *perfectionis* nequaquam stabilire: necnon & illud dabis; *veterẽ illã Monasticã*, de qua loquuti sunt *Patres* tui *antiquiores*, ab *hodiernâ vestrâ* quamplurimùm discrepare. Plura sunt, quæ in tã uberi re possim: sed nolo plura. Quid enim plura adjicerẽ, quũ sciã, plenã, eruditámq; ad libellum tuum respõsionem brevi [f] paratum iri. Quum prodierit, erit quicũ colluctêre. Ego igitur finio; & votum ecce annecto; optóq; tibi, ut solidiorẽ doctrinam, ita meliorẽ mentem, & animum verè Christianum. Sic mihi Deus faciat; sic addat.

[e] Hieron. cõ in Mich. c. 2 August. epist. 111. ad Fortunatianũ; & in prologo lib. 3. de Trinitate.

[f] A M. DAN. PRICEO.

EST DEO GRATIA.

FINIS.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIP. turæ, qui vel de industriâ, vel obiter explicantur.

Duorum numerorum, qui præfiguntur contextui, prior caput libri Bibliorum indicat, posterior versum; si unicus sit, versum tantùm: duorum autem, qui subjunguntur, prior caput notat, posterior paragraphum. Præf. præfationem ad Academ. Oxon. App. verò appendicem designat.

EX VETERE TESTAMENTO.

GENESIS.

1.17. In expanso cœli. 6,17.
31. Ecce bonum valde. 2,4.
7.11. Cataractæ cœli se aperuerunt. 6,16.
17.1. Indesinenter ambula coram me, &c. 2,14.

EXODVS.

19.6. Eritis mihi regnum sacerdotale. 2,16.

LEVITICVS.

11.44. Sitis sancti, quia ego sanctus sum. 2,14.

DEVTERONOM.

4.2. Ne addite ad verbum. 2,14.
5.32. Ne recedatis dextrorsum. 2,14
6,5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. 2, 22, & app. 54.
12.32. Ne addito ei. 2,14.

IOB.

1.14. Boves arabant, & asinæ pascebantur circa eos. 3,15.
14.12. Homo cum dormierit, non resurget donec atteratur cœlum 6.16.
19.25. Equidem ego scio Redemptorem meum vivere. 3.14.

PSALMI.

2.12. Beati omnes qui confidunt in eo. 3,16.
14.1. Dixit insipiens in corde suo non esse Deum, 6,15.
19.8, &c. Doctrina Iehovæ. 2,12.
32.1. Beati quorum remissæ sunt iniquitates. 4,19.
34.15. Fac bonum. 2.18.
67.3. Vulgat. Vt excludant eos qui probati sunt argento. 3,3.
125.1. Qui confidunt Iehovæ, similes sunt monti Sionis. 3,16.

ECCLESIASTES.

3.19. Vnus est interitus hominis & jumentorum. 6,15.

ESAIAS.

8.20 Legem & contestationem. 2,14.
28.16. Qui credit, nõ prætestinabit. 3,16.
53.11. Cognitione sui justificabit justus servus meus multos. 3,14.
56.4. Sic ait Iehova de Eunuchis. 2,30.
7. Adducam ipsos ad montem sanctitatis meæ. 122.
60. 7. Omnes greges Kedaris congregabuntur ad te. 2,13.
61.6. Vos sacerdotes Iehovæ vocabimini 1,12.
66.11. Ex istis assumam in sacerdotes. 1.12.
24. Vermis eorum non morietur, &c. 5,29.

IEREMIAS.

6.23 Ne gloriator sapiens in sapientia.3,2.
24. Qui gloriatur, in hoc glorietur,&c.3,2.

DANIEL.

12.2 Qui dormiunt in pulvere terræ.5,31.

HOSEAS.

6.6.Me benignitate delectari.2.14.

IOEL.

2.28.Prophetabũt filię vestrę 1,25

MICA

6.8.Exerceas jus,& ames benignitatem.2,14.

MALACHIAS.

4.4.Recordamini legis Mosis.2,14.

EX NOVO TESTAMENTO.

MATTHÆVS.

5.16.Splendeat lux vestra,&c.4.18
48.Estote perfecti, ut Pater vester perfectus est.2.14, & 21.
9.2 Confide fili 3,16.
11.21,22 Tyro & Sidoni tolerabilior erit conditio.4,25.
26,Etiam Pater,quia ita placuit tibi.3.25.
12.35.Bonus homo è bono thesauro cordis,2.4.
18.10.Angelos eorum in cœlis intueri faciem Patris.3. 22.
19. 10, &c Non expedit uxorem ducere.2.31.
11.Non omnes capiunt.app.46.
12.Qui potest capere, capiat.app. 38,& 99.
12.Sunt Eunuchi,&c.app 31.
17.Serva mandata. 2.14.
21.Si vis perfectus esse 2.1,& seq.
21.Sequere me.2,34,35.
21.Vende quæ habes,&c.2.36, 37, app.51.91.
28.Sedebitis in thronis duodecim. 1.7.
25.46.Abibunt justi ad vitam æternam. 6.& 1,& seq . 14.
28.20. Docentes omnia quæ mandavi vobis.2.16.

MARCVS.

5.36.Ne metue,solummodò crede. 3.32.
9.44. Vermis eorum non moritur. &c.5,29.

LVCAS.

10.35.Si quid supererogaveris,&c. app.47.
12.33 Vendite quæ habetis, & date eleemosynam.2,36.
17.10.Dicite,Servi inutiles sumus. 2.23,24.
23.43. Hodie mecum eris in paradiso.6,6.

IOHANNES.

16.33.Confidite, ego vici mundũ. 1,7.& 3.16.
17.3.Vt cognoscunt te esse.3, 14.

ACTA APOSTOLORVM.

2,17.Erit ultimis temporibus, &c. 1.25.
6,6.Imposuerunt iis manus.1,36.
7,38.Eloquia viva.2.12.
21.9. Quatuor filiæ virgines prophetantes. 1,25.

AD ROMAN.

3,27.Vbi igitur gloriatio?3.1.& seq.
4.15.Lex iram efficit.2, 12.
7.5. Ad fructum ferendum morti, 2.12.
10.Mandatum ad vitam.2.12.
12.Lex quidem sancta 2,12.
12.1.Hostiam viventẽ,sanctã.1.14.
3. Cuiq; Deus partitur mensuram fidei.3.25.
13,8.Legem implevit.2,14.
14.23. Quicquid non est ex fide, peccatum est.4,17.

1. AD CORINTH.

1. Cor.1,29.Ne glorietur ulla caro coram Deo,3.2.

2,14.

2.14. Animalis & spiritualis homo. app.25.
4.7. Quis te ab aliis discernit. 4.20.
6.2. An nescitis Sanctos mundum judicatores. 1.7.
7.25. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. 2,23. app.63, &c.
25. Cui Dominus per misericordiam dederit fidum esse. 3,25.
38. Qui matrimonio jungit virginem, benè facit, app.30.
40. Puto Quod & ego spiritum Dei habeam. app.66.
17. Vt unumquemq; vocavit Deus ita incedat. app.80.
10.31. Omnia in gloriam Dei facite 4.18.
13.3. Si insumã alendis egenis omnia, 2 37.
15,50. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. 6. 17. & seq. & 6,25.
56. Vis peccati lex. 2.12.

II. AD CORINTH.

3.6. Litera occidit. 2.12.
7 Mortis ministerium in literis. 2.12.
9 Ministerium cõdemnationis. 2.12.
4.13 Habemus eundem spiritum fidei. 3.24, 25.
5.1. Scimus si terrestris hujus domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit. 3.14. & 6.7.
12.2. Novi hominem raptum in tertium usq; cœlum. 6,35. &c
13.11. καταρτίζεσθε. 2.21.

AD GALAT.

3.23. Sub legis præsidio tenebamur. 2.12.
24. Lex pædagogus noster. 2.12.
4.9. Infirma & egena elementa. 2.12.
24. Generans ad servitutem. 2.12.
5.1. Servitutis jugum. 2.12.

AD EPHES.

2,8. Fides Dei donum est. 3,25.
10. Ipsius sumus opus, cõditi in Christo Iesu. 4,1. & seq.
4,13. In virum perfectum. 2,21.

AD PHILIP.

2,13. Deus est, qui efficit in vobis & efficiatis. 4,21.
3,16. Eãdẽ incedamus regulã. 2.14

AD COLOSS.

1,28. Vt quosvis sistamus perfectos in Christo Iesu. 2,21.
2,14. Deleto rituum chirographo. 2,12.

I. AD THESSALON.

4,16. Dominus cum celeusmate. 1.3.

II. AD THESS.

3,2. Non omnium est fides. 3.22.

I. AD TIMOTH.

1,5. Finis præcepti, caritas est. ap.52
15. Christum Iesum venisse in mundum, ut peccatores servaret. 3.28

II. AD TIMOTH.

1,6. Per impositionem manuũ. 1,36.

AD TITVM.

1,1. Secũdũ fidẽ electorũ Dei. 3,22.
5. Sicut ego ordinavi. 1. 36.
12,1. Est autem fides. 3,11.
6. Fieri non potest, ut sine fide quisquam Deo placeat. 4.17.
12,2. Autorem fidei & consummatorem. 3,25.
13,4. Honorabile conjugium, &c. app.28.
14. Non habemus hîc stabilem civitatem; &c. 6,30.
15. Sacrificium laudis. 1,27.

I. PETRI.

1,16. Estote sancti, nam ego sanctus sum. 2,14.
15. Sicut is qui vos vocavit, est sanctus. 2,14.
2,5. Sacerdotium sanctum. 3,14.
5. Spirituales hostias. 1,14.
6. Qui credit in eum, nequaquam pudefiet. 3,16,

7. Qui creditis. 1,14.
9. Vos estis regale sacerdotium. 1,6. & 14,& 25,28,29.
9. Qui vos vocavit è tenebris, 1.14.

II. PETRI.

1.20. Non libitu hominis allata est prophetia. app. 8.

I. IOHAN.

3,2. Scimus fore, ut quum ipse fuerit patefactus, &c. 3, 14.
9. Semen ipsius in eo manet. 3,24.

IVDÆ.

6. Angelos, qui suum reliquerunt domicilium. 3,22.

APOCALYPS.

1.5. Lavit à peccatis. 1,14.
6. Fecit nos Reges & Sacerdotes. 1.14.& 25,28.
3.18. Consilium do tibi. 2,16.
5.10. Fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes. 1.1.& seq.& 25,28.
17.8. Bestia ex abysso ascēdit in terram. 5.27.
20,6. Erunt Sacerdotes Christi. 1.25
22.14. Beati qui præstant agni mā-data. 2,15.

FINIS.

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM
quæ hoc opere continentur

Numerorum notæ, & voces, verbis subjunctæ, idem significant, quod in superiore Scripturarum Indice.

A.

Abrahæ sinus. 5.13.
Aeternum verè ac propriè. 5,8.
Aeternum ἀγενήτως. 2,8.
Aeternum triplex. 6.39.
Aëtius. 4,10.
Agnus mactatus. 1.1. Ejus dignitas. 1.2. Beneficia bifariam distributa. 1,3.
S. Ambrosii loci duo pro consiliis Evangel. app. 28. Prior explicatur. app. 29. & posterior. app. 30.
S. Ambrosium haud parvi facimus. app. 31. Insolentiùs in eum insurgunt Pontificii. ib.
Analogia fidei quid? app. 9.
Angelicæ Hierarchiæ. 6, 37.
Angelis Diaboli paratus ignis. 5,9.
Anima, cor, mens, vires distinguuntur. 2,22.
Anima impii, separata à corpore statim migrat in infernum, 5,10, & 11.
Anima pii separata à corpore statim in cœlum migrat. 6,5, & 7.
Non est Anima unica omnibus hominibus communis. 6.8.
Animæ immortalitas negata quibusdam. 5.1. & 8.
Animæ piorum in cœlo ante Christi ascensionem. 6.9.
Animas quidam dormire volunt. 5. 17. & 6.8.
Animimortales. 5. 16.
Anselmi locus pro consiliis Evangelicis. app. 58. quid de eo statuendum. app. 59.
Apelles. 6.25.
Apellitæ. 1.2.
Arabici. 5.16. & 6.8.
Archontici. 5.1.
Assentius fidei pars; & quid? 3. 20.
Athanasii locus pro consiliis Evangel. app. 72. explicatus. app. 73, & 74.
Athei. 5.1. & 6.8.
Averroës. 6.8.
S. Augustini locus pro consil. Evangelicis, app. 37. explicatus. app. 38. ejusdem alii duo loci; & explicati. app. 39.
S. Augustini laus. app. 40.
S. Augustinum deserunt Pontificii. app. 41.

B.

Basilides. 6.38.
Basilidiani. 1.2. & 5.1.
Basilii locus pro consiliis Evangel. app. 75. Eidē respōdetur. app. 76.
Beatitudinis assequendæ duplex via 2.1.
Bedæ locus pro consil. Evangel. explicatur. app. 57.
Bernardi locus pro consil. Evangel. app. 60. explicatur, app. 61.
Boni quicquid facimus, facimus ex debito. 2.25.
Bonum nullum morale est, quod divinâ lege non præcipitur. 2.18.
βούλη & θέλημα differunt. 2. 32.
βούλη aliquando idem quod θέλημα. app. 78.
Brentius quid de inferno? 5. 26. & quid de cœlo? 6.33.

C.

Caiani. 5. 1.
Carbonarius laudatus ob fidem im-

plicitam.3.15.
Caritas,2.37.
Caro quomodo regnum Dei possidebit.6.17,&c.
Carpocrates.6.8.
Carpocratiani.5.1.
Carabaptistæ.6.8.
Cerdoniani.1.2.& 5.1.
Cerinthiani,1.3.& 6.41.
Chiliastæ.1.3.& 5.34.& 6.41.
Christus agnus mactatus.1.2, solus dignus librum accipere & sigilla aperire,ib.solus est propriè sacerdos.1.22.in æternum sacerdos.1.27.& 31.solus mediator est.1.22.& 31.Ejus beneficia.1.2. sacrificium.1.22.Ejus intercessio est causa fidei.3.25.& meritum ib.Ejus mors non est exclusa à causis justificationis.3.31.Ejus resurrectio est causa nostræ.5.19.
Chrysostomi locus pro consiliis Evangelicis.app.81, eidē respōdetur.app.82,& 83,& 84.
Cœli vocabulum multiplex.6.26, 27,& 28.
Cœlum an unicū.6.36,& 37,& 38.
Cœlum beatorum est locus certus. 6.26.& 29,& 30,& 33.ab inferno damnatorum remotissimus. 6.31.Thronus Dei.6.32.ex sola Dei revelatione innotescit.6. 28.
Cœlum atteretur.6.16.
Cœlum quid.6.38.
Cœlum tertium Pauli.6.35.
De Cœlo monstrosæ opiniones.6. 33,& 34.
Conjugium à dono Dei & vocatione singulari pendet.app.78. Per se bonum est.ib. Bonum est huic per singularem Dei vocationem.ib.
Conscientia hominis judicii divini terroribus infestatur.2.8.
Consilia Evangel.ex Matth.19.21. non probantur.2.11.non sunt præceptis Dei præstantiora.2. 12.non sunt nobis à Christo tantùm demonstrata & commendata.2.15,& 16.Nō sunt opera bona.2.17,& 18,nulla sunt.2.19,& 20,21.
Consilia,quę vocant,perfectionis, continentur illo mandato,Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.2.22,& 23.
Consilii nomine Patres præcepta Evangelica intellexere.app.27.
Consilia perfectionis, Pontificiis quæ præt.3.sunt Augustino præcepta perfectionis.app.23.
Cōsiliorum Evangelicor.propugnatores Pontificii.2,25.Eorum qui olim apud Pōtificios numerus.2,27,& 28,quę natura,2,29.
Consilium Pauli divinū est.app.30.
Consilium divinum.app.65,& 66.
Continentiæ nomine quid intelligant Pontificii.2,30.
Continentia non est consilium.2. 30,& 31,& 32,& 33.
Continentiam jubet Deus præcepto speciali.app.15.
Cor,anima, mens, & vires distinguuntur.2,22.
Creatio hominis duplex.4.3.
Credere & Cognoscere pro eodē sumuntur.3.14.
Cypriani locus pro Consiliis Evāgelicis.app.14.eidem respondetur.app.15.
Cypriani locus alter pro consiliis Evang.app.17.cui respondetur. app.17.usq; ad 24.
Cypriano falsò inscribūtur sermones de Cardinalibus operibus Christi.app.17,& 18.& 22.

D.

Damasceni locus pro consiliis Evan.

vangelicis. app. 94. explicatur, app. 95.
Damnati cum diabolis post ultimũ judicium in inferno, igni æterno torquebuntur. 5, 28.
Debetur à nobis Deo, quicquid possumus. 2, 24, & 25. app. 54. & 68.
Debita nobis remitti quomodo petimus. 3, 21.
Debitũ ex præcepto cõmuni. app. 68. ex vocatione & dono singulari, app. 68.
Dei in nos amor. 1. 5.
Deus solus bonus. 2. 4. ejus bonitas. 2, 13. sapientia, majestas, omnipotentia. 2. 13. nõ est auctor maledictionis, sicut benedictionis. 5, 6.
Diabolus excluſus à beatitudine, 5. 9. Princeps est contra Christum divisus, ib. Nihil facere potest, nisi Deo permittente. 6. 1. in electos bellũ movet, sed frustrà, ib.
Mandatum de Diligendo Deo exponitur. 2. 22. & 23. consilia omnia complectitur ib.
Diligere Deũ ex puris naturalibus posse hominem scripsere Scholastici quidam. 4, 27.
Divitiarum spinæ pios affectus obruunt. 2, 10.
Docitæ. 1. 2.
Dorothei locus pro consiliis Evãgelicis. app. 87. explicatus app. 89.
Dorothei duo. app. 88.

E.

Electorum tantùm fides est. 3, 22.
Electio est causa fidei. 3, 25.
Electiva institutа legis sunt, nõ cõsilia. app. 80.
Empedocles. 6, 8.
Epicurei 5, 1.
Episcopi ordinatio per Episcopos, 1, 37. non simpliciter necessaria 1, 38. in usu apud Anglos. 1, 39.
Episcoporum successio triplex. 1, 40 personalis tantùm, in Ecclesia Rom. interrupta. 1, 41. Personalis tantùm, mortua est, & tãquã cadaver quoddam. 1, 42.
Evangelii dignitas supra legẽ. 2, 12.
Eunomius. 4, 10.
Eunuchi. 2, 30. & 31.
Eusebii locus pro consiliis Evangelicis app. 70. explicatus, app. 71.

F.

Fidei vocabuli significata varia. 3, 10. præf 9.
Fidei multa tribuit Scriptura. 3, 16.
Fidei causæ. 3, 25.
Fidei lex 3. 5, & 6.
Fidei justificãtis vim Græci Patres non satis explicãrunt. 3, 11.
Fidei præconia, ac tituli. 3, 31. præf. 9. objectũ, 3. 26. & seq. officium. 3. 31.
Per Fidei doctrinam bona opera non tolluntur. 4. 1, & 7. & seq. Præf. 11, & 12.
Fideles peccatum habent, & non habent, vario respectu. 3. 21.
Fidem definire difficile. 3, 10. Eam definiẽtunt Patres. 3, 11. Scholastici. 3, 12. Theologi recentiores. 3. 13.
Fides justificãs, seu salvifica, quid? 3. 10. præf. 10. est notitia. 3. 14. assensus 3. 14, & 15 fiducia. 3. 16, & seq. præfat. 10. non est fides generalis 3, 18.
Fides sola justificat. 4, 29, & seq. Præf. 9. 10.
Fides multiplex 3. 33.
Fides implicita. 3, 15.
Fides est causa instrumentalis justificationis. 3, 30.
Fides est electorum tantùm. 3, 22.
Fides sitne in infãtibus. 3, 23, & 24.

Fiducia

Fiducia duplex. 3. 19. quid sit. 2. 20.
Fines distingũt opera bona à malis. 4. 18.
Fulgentii locus pro consiliis Evangelicis. app. 47. explicatus. app. 48, & 49.
Fulgentius eruditionis & styli Augustiniani æmulator, app. 48.

G.

Gentiles implesse omnia, quæ legis sunt, dat Bellarminus, app. 82
Gloriatio hominis duplex. 3. 3. & 4. 20.
Gloriatio coram Deo exclusa est. 3. 2, & 3.
Τρόμος & φόβος differunt. 2. 32. aliquãdo idem sunt, app 78.
De Gradibus sanctorum in æterna vita disputationes laciniosæ. 6. 41.
Gratia gratum faciens. 3. 30. gratis dans. ib. gratis data. ib.
Gratia gratum faciens variè dividitur. 3. 30. est causa justificationis. ib.
Gratiæ doctrina non tollit bona opera. 4. 7. &c.
Gregorii Magni locus pro consiliis Evang. app. 50. explicatus. app. 51, 52. ejusdem locus alius pro iisdem. app. 53. explicatur, app. 54, & 55.
Gregorii Nazianzeni locus pro cõsiliis Evangelicis. app. 79. eidem respondetur. app. 80.

H.

Protestantes Magnæ Britanniæ nõ sunt HAERETICI in causa Sacerdotii. 1. 26.
Hierarchiæ Angelicæ. 6. 37.
S. Hieronymi locus pro consiliis Evangelicis. app. 32. eidem respõdetur. app. 33. & seq.
Hieronymus matrimonio iniquior. app. 34, & 35. supra modum virgines laudavit, app. 34, & seq.
Homines beati post ultimum judicium fruentur vitâ æternâ. 6. 39.
Homines conditi ad opera bona. 4. 3, & 9.
Hominis creatio duplex. 4. 3.
Hominis & jumentorum non unus interitus. 6. 15.
Hominum duo genera; continentium, & non. 2. 33.
Homo est animalis, & spiritualis. app. 25.
Homo subjectum fidei. 3. 22.
Homo an ex puris naturalibus possit diligere Deum super omnia. 4. 27.
Homo an possit suis viribus implere præcepta. 4. 28.
Homo an possit ante justificationẽ mereri gratiam de congruo. 4. 29.

I.

Ignis quo damnati cruciantur. 5. 7.
Ignis in afflictivis maximè terribile est. 5. 7.
Ignis inferni æternus. 5. 8, & 31. nõ est materialis, qualis apud nos. 5. 28, & 29. præf. 16.
Imperantur alia per se, alia per accidens. app. 44.
Impii anima à corpore separata migrat in infernum. 5. 10. 11.
Impii an resurgent. 5. 19. jam judicati sunt. 5. 20. & in ultimo die judicabuntur. ib. post ultimum judicium corporibus & animabus cruciabuntur in inferno. 5. 18.
Indices expurgatorii. app. 34.
Infantum fides. 3. 23, & 24.
Inferni significata. 5. 21, & 22.
Infernus pro sepulchro. 5. 21.
Infernus damnatorũ est locus certus. 5. 15. & 26. est locus remotissimus à cœlo beatorũ. 5. 15, & 21.
Inferni quatuor partes statuuntur à Pontificiis, 5. 13, sed malè. 5. 14, & 15.

Infidelium opera omnia peccata sunt 4,22,& 23. cu, liciter considerantur. 4,23,& 24.
Intellectio 3,20.
Intellectus 3.20.
Iohannes vicesimus tertius, diabolus incarnatus. 5,1. animam mortalem dixit, ib. vitam post hanc negavit esse. 5.1.& 6.1.
Iudæi. 6,8.
Iudicii ultimi executio. 6,2. processus. 5,2,& 4,& 5
Iudiciũ ultimum negatũ, 5.1. quando erit 5,3.
Iudicia Dei de impiis duo. 5,11.
Iudiciũ bonitatis. 3,20. veritatis ib.
Iustinus Martyr Chiliastarum hæresin defendit. 1.3.
Iusti sumus propter alienam justitiam. 3,21.
Iustificari quid? 3,8,& 29.
Iustificationis actus, 3,29.
Iustificatio quid. 3,29. Cõsideratur activè & passivè, 3,30.
Iustificatio prima & secunda. 3,33. & 34.
Iustificatur homo solâ fide 3,29,& 31,&c.
Hominis nondum justificati opera omnia sunt peccata 4,26.
Homo ante justificationẽ, an possit gratiam de cõgruo mereri. 4,29.
Iustitia operum. 3,1.

L.

Leo decimus nõ credidit esse vitã aliam post hanc. 6,1.
Lex fidei. 3,5,& 6. operum. ib.
Legis Moralis opera è censu causarum justificationis submovẽtur. 3,8.
Lege divinâ omne bonum morale præcipitur. 2,18.
Legis divinæ dignitas. 2,12. præconia. 2,13. efficacia. ib. laudes ib.
Lex Dei absolutissima est pietatis & justitiæ regula. 2,14,& 18. collata Evangelio. 2,12. impleri nõ potest. 2.5.
Libertini. 5,1,& 6,8.
Libros plures à pluribus fieri utile. app. 49.
Limbus Patrum, 5,13. fabula, 5,15. & 6,8.
Limbus puerorũ, 5,13. fabula. 5,15.
Locus tertius animabus hominum separatis non datur, 5,11,&c.
Λογίζεσθαι. 3,7.
Lutherus à Bellarmini calumniis defenditur. 1,24,& 25.

M.

Maledicere Dei, quid. 5, 6.
Maledictionis Deus non est autor, sicut benedictionis. 5,6.
Maledictio ex diabolo est, et propriâ hominis voluntate. 5,6.
Mahometistæ. 6,41.
Mandata Dei nemo potest plenè præstare. 2,5. multi superant, quo sensu, app. 82.
Mandatum de diligendo Deo exponitur. 2,22, et 23.
Matrimonio iniquior Hieronymus app. 34, et 35.
Maximi locus pro consiliis Evang. app. 92. de eo quid statuendum. app. 93.
Mens, cor, anima, vires distinguuntur. 2,12.
Μετεμψύχωσις 6,8.
Μετενσωμάτωσις. 6,8.
Merita bonorum operum nẽ probantur ex verbis Christi, Si vis ad vitam ingredi, &c. 2.5.
Meriti fiducia excluditur. 5.3.
Meritum congrui & condigni nullum. 2.25.
Meritum congrui quid. 4.29.
Ministri Dei causa fidei. 3.25.

Miniſtrorum apud nos vocatio. 1. 35. Ordinatio. 1. 36. &c. ſucceſſio ib.

Monachi Papiſtici diſſimiles ſunt iis, qui Patrum ævo fuerunt. app. 84.

Mulieres Prophetiſſarum munere ex Dei dono ſingulari fungi poſſunt. 1. 25.

N.

Notitia fidei pars. 3. 13, & 14.

O.

Obedientia Monaſtica non eſt cõſilium. 2. 34, & 35.

Obedientia Deo neceſſariò præſtanda. 2. 35.

Oecumenii locus pro conſiliis Evãgelicis, app. 96. explicatur. ib.

Opera bona non contemnimus. præf. 12. non tolluntur per doctrinam gratiæ & fidei. 4. 7. neceſſaria ſunt. 4. 10, & ſeq. ad ſalutem. 4, 13, & 14. fiunt tantùm à renatis. 4. 15. proficiſcuntur ex corde puro. 4. 16. ex fide vetâ oriũtur. 4. 17. ad Dei gloriam dirigũtur. 4. 18. ex fiducia in Chriſtum præſtanda ſunt. 4. 19. uni Deo accepta referri debent. 4. 20.

Opera bona Deus in renatis præparat, facitq; ut faciant. 4. 31.

Opera bona ideò ſunt in nobis à Deo præparata, ut in iis ambulemus. 4. 33.

Operum bonorum merita nulla. 2. 5. & 4. 34.

Opera infidelium peccata. 4. 22, & ſeq.

Opera renatorum imperfecta. 3. 1. & 4. 19.

Operum fiducia, 3. 3 lex. 3 5, & 6.

Opera Trinitatis ad extra, indiviſa. 3. 25.

Opus Dei ſumus duplici nomine, 4. 3.

Optati locus pro conſiliis Evang. app. 24. explicatus. app. 25, & ſeq.

Ordinatio Miniſtrorum & Epiſcoporum. 1. 36. & ſeq.

Origenes carnis reſurrectionem negavit. 6. 17. De eo dictum, ubi benè, nemo melius; ubi malè, nemo pejus. ib. & app. 69. Locus ejus pro Conſiliis Evang. app. 67 explicatus, app. 68.

Origines notatus. app. 69.

P.

Παλιγγενεσία. 6. 8.

Paradiſus 6. 6.

Patres errare poſſunt. 2. 38. & 6. 44. & 45. & præf. 4, & 5, & 6. quo Apoſtolis viciniores, eò fideliores app. 56. & 98. non contempti. præf. 4. app. 1. & 13. & 100, & 101, & 6. 44, & 45.

Paulini locus pro conſiliis Evang. app. 42. eidẽ reſpõdetur. app 43.

Paulus an ampliùs erogârit. ap. 49.

Paupertas nõ eſt conſil. 2. 36, & 37. an præcipiatur. app. 51, & 83, & 91.

Peccata non ſunt paria. 4. 25.

Peccatum fideles habent, & non habent. 3. 21.

Perfectio præcipitur omnibus. 2. 21. non magis conſiſtit in virginitate, quàm in nuptiis. app. 23.

De Perfectione diſtinctiones futiles. 2. 21. app. 52.

Perfectionis conſiliũ nullum. 2. 21. app. 23.

Perfectionis præcepta. ap. 23. & 25.

Pii anima, ſeparata à corpore ſtatim in cœlum migrat. 6, 5, & ſeq. præf. 19.

Pii omnes corpore, & anima poſt ultimum judicium in cœlum migrabunt. 6. 14.

Pœna damnatorum æterna. 5. 31. non æqualis. 5. 33. non finietur poſt mille annos. 5. 34.

Pœna

& tremore, operemur ſalutem noſtram, arceſſimúrne etiã judicio capitis, tanquam ſi *bona opera* non curarèmus; ſed contemneremus, ſed averſaremur? Injuriosiſſimè.

13 De *Inferis pœníſq; damnatorum*, horrẽdas contra nos ejectavit calumnias [e] Franciſcus Fev-ardentius. Septuaginta quatuor errorum doctrinæ Catholicæ contrariorũ, vel hâc unâ in diſputatione, homo Lynceus, nos inſimulavit. Tantæ, ac tam gravis inſimulationis maculas aliquot eluere loco quinto fuit animus. Et hîc mihi cancellos quoſdam circundedi. Oſtendi primùm, [f] *Uniuſcujuſq; impii animam ſeparatũ à corpore, ſtatim migrare in infernũ*: deinde, [g] *impios omnes cujuſcunq; ſexûs, & ætatis, tũ corporibus, tùm animabus, poſt ultimum judicium cruciatum iri in inferno*: tùm, [h] *infernum damnatorum eſſe locum certũ à cœlo beatorum quàm remotiſſimum, & à Deo alieniſſimum*: poſtremò, [i] *homines damnatos, cum Diabolis, poſt ultimum judicium, in infernum detruſos, torquẽdos eſſe*. Dum hæc dicerẽ, & brevitati ſtuderem, obſcuritatem vitare non potui.

[e] Theomachiæ Calviniſt. lib. 14

[f] Parag. 10.

[g] Parag. 18

[h] Parag. 21

[i] Parag. 28

14 Diſtinctionem de pœnis infernalibus, *pœnâ ſenſûs* & *pœnâ damni*, vel κατάχρησιν, vel *ineptam* eſſe [k] affirmavi. Haud multò pòſt ſubjunxi: *Omnes omnino homines ſine ullo ætatis diſcrimine, tàm infantes, quàm adultos, æternæ morti adjudicatos, pœnam tùm damni, tùm ſenſûs, experiri acerbiſſimam*. Nihil hiſce verbis ineſt vel contradictionis, vel oppoſitionis. Id volui, *pœnam damni* in inferno non eſſe ſine *ſenſu*, nec *pœnam ſenſûs* ſine *damno*. A me ſunt ſacræ literæ. Inſanas Scholaſticorum gloſſas nihil moror.

[k] Parag. 14.

15 A minorita Fev-ardentio, & Jeſuita Bellarmino ſciſcitatus ſum, [l] *ubi tandem futurus eſt infernus, cum terra eſſe deſierit?* Eâne ego phraſi nullam poſt reſurrectionem terram futuram eſſe volui? Nihil minus. Æterno Deiverbo fidem habeo. [m] *Erit cœlum novum*, erit *terra nova*. Sed

[l] Parag. 27.

[m] Iſai. 65, 17. & 66, 22. 2. Pet. 3, 13. Apoc. 21, 1.

***

cæli

m 2.Pet.3.12 *cæli qui nunc sunt*, n *conflagrantes solvéntur*, *terráq; æstuans liquescet.*

o Orthod. fid.lib.4.c. 28. 16. o Damascenum sequutus, dixi *ignem inferni* ἐκ ὑλικὸν, οἷον τὸ παρ' ἡμῖν, *non esse materialem, qualis apud nos est*; eodémq; nomine *metaphoricum* dixi. Non esse, qualis apud nos est, affirmat p Gregorius magnus: *Ignis corporeus*, (hoc est, noster ignis,) *ut esse ignis valeat, corporeis indiget fomentis. At contrà, gehennæ ignis, quũ sit incorporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel durat inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret.* Hoc sensu doctissimus, & reverendus in Christo Pater, q *Thomas Bilsonus*, Episcopus Wintonien sis, *ignem inferni non esse materialem* comprobavit.

p Moral.l. 15.cap. 17.

q Surbey of Christs sufferings pag. 44. 17 Hæc in genere tantùm à me dicta. In abstrusiorẽ istius ignis ęterni qualitatem ulteriùs me inquisiturum negavi, piè à r S. Augustino admonitus, *melius esse dubitare de occultis, quàm litigare de incertis.* Hîc fixi vestigia: igníq; istius, qualis, qualis sit, cognitionem *Deo, vivorum ac mortuorum judici, reliqui.* Sedulò interim, ac obnixè contendo, & contendam, ut ne unquam, qualis ille sit, experiar.

r De Genesi ad literã lib. 8. cap. 5.

18 Dies annorum vitæ nostræ, s *pauci* sunt, & *mali*, pleni doloribus, pleni angustiis. t Multis hîc peccatis inquinamur, passionibus irretimur, timoribus strìngimur, curis distendimur, curiositatibus distrahimur, vanitatibus implicamur, erroribus circumfũdimur, laboribus atterimur, tentationibus gravamur, deliciis enervamur, egestate cruciamur. Certè, haud bonum est nobis hîc esse. *Dum* u *cõmoramur in corpore, peregrinamur à Domino.* x *Non habemus hic stabilem civitatem.* y *Hospites sumus, & advenæ in terrâ.* Civitatem z *futuram* inquirimus, a *patriam* inquirimus; civitatem b *cælestem, cælestem* patriam. Mansionem in superna

s Gen. 47.9
t Thc. de Kemp. de imit. Christ. lib. 3. c. 53
2.Cor. 11. 23, 24, 25, 26. &c.
u 2.Cor. 5.6
x Hieb. 13.14
y Heb. 11, 13.
z Heb. 13.14.
a Heb. 11.14.
b Ver. 16.

nâ iſtâ civitate beatiſſimam, cuiq; fidelium [c] *paravit Deus*, dabítque, ubi primùm clariſſima æternitatis [d] *dies* illuxerit. Hæc eſt vita æterna, cui, vel exprimendæ, vel ἐν τύπῳ effingendæ, ſextam meam horam impertivi.

[c] Ib. & Ioh. 14.3.
[d] 2. Tim. 4. 8.

19 Quid tunc præſtiterim, nihil neceſſe eſt, nunc pluribus ut exponã. Summa attingo rerũ capita. Hæc poſui: [e] *Uniuſcujuſq; pii animã, ſeparatam à corpore, ſtatim in cælũ migrare:* [f] *pios omnes, cujuſcunq; ſexûs, & ætatis, tùm corpore, tùm animâ, poſt ultimum judiciũ in cælũ migraturos:* [g] *cælum beatorũ eſſe locũ certũ, ab inferno damnatorũ quàm remotiſſimũ, et thronũ Dei:* [h] *homines beatos, poſt ultimum judicium in cælum receptos, vitâ æternâ perfruituros.* Hæc poſui: eíſq; pro meo more, modulóq; pertractatis, brevem [i] adjeci coronidem, quâ calumnias quaſdam mihi intentatas quadantenus abſtergerem.

[e] Cap. 6. parag. 5.
[f] Parag. 14
[g] Parag. 26
[h] Parag. 39
[i] Parag. 43.

20 Hæc ego (*florentiſſimi Academici*) pro meâ, & rerũ, & verborum tenuitate, præfari volui. Si quid erratũ ſit, ſi quid titubatum, veſtrũ erit, (quâ eſtis humanitate,) cõdonare. Qui ad partes *Antichriſti* tranſfugit, méq;, in hanc arenã ut deſcẽderem, laceſſivit, ille vobis in memoriã revocat, *Academiã* hanc, matrẽ veſtram, cujus eſtis filii pientiſſimi, [k] *fontem* eſſe, eſſe *oculum* regni Britãnici. Nec immeritò. *Eſt* enim [l] *tanquam hortus irriguus, & velut ſcatebra aquarum, cujus non fallunt aquæ.* Hinc ad omnes partes rivi lactis, rivi mellis fluunt. Doctrina ſana, ac cœleſtis, quę ſola [m] omni ſapientiâ hominem erudit, perfectúmq; ſiſtit in Chriſto Jeſu, hinc perenni emanat ſcaturigine. Ac æternũ emanabit, modò vos, (viri Patres, & fratres,) operã naviter dederîtis, ut ne unquam ferax venenorum *Roma*, ſagittis ſuis, toxico perlitis, quemvis intra ędium veſtrarum parietes, incautum feriat. Hîc tanquam in ſpeculâ collocamini: fidas agite excubias: proſpicite tempeſtatem futurã.

[k] Leech: Triumph of Truth. ep. ded. pag. 3.
[l] Eſai 58. 11.
[m] Col. 1. 28.

n Triumph of truth, par. 1. cap. 2 p. 59, 60.

n Proclamat *transfuga*, esse inter VOS, viros *primarios*, ac *literatissimos*, qui earum sunt partium, quas *ipse* pro concione suaserat. Egóne ut credam? Nihil est necesse. Facere tamen non possum, quin vehementiùs vos rogem, velitis ad honorem *Matris Academiæ*, vestrúmq; decus, apertissimi mendacii hominem arguere. Si *fons cænosus* fuerit, *qualem* emittet *aquam*? nonne turbidam? Si *oculus nequam* fuerit, *quale* erit *corpus*? nonne tenebrosum? Facite, (carissimi) facite, ut & *fons* vester *purus* sit, & *oculus simplex*. Hoc à vobis [viri doctissimi] ardētius peto, & efflagito, quòd sciam,

o Epist. dedic. ad Rich. Bristoi Motiva, pag. 1.

o Thomam Worthingtonum Presbyterum (quâ est confidentiâ) insolentiùs gloriari, *in Angliâ nostrâ ita plus solito crescere Catholicorum* [Papistarum] *numerum, ac zelum, ut spes ei effulgeat, totum istud amplissimum regnum, ad Ecclesiæ* [Romanæ] *gremium brevi rediturum*. Dictum sat sapienti. Sapitis, ac probè intelligitis opus esse vigilantiâ vestrâ, ac sedulitate. Ad lectiones hasce meas, quod attinet, quas nunc edo, & pervulgo, si alicubi vel tacitus error subrepserit, qui humanam fragilitatem in testaceo isto tabernaculo morantem comitari assolet, ejus omne judicium, spiritibus prophetarum, & censuræ Ecclesiæ libens, volénsq; subjicio. Deus Optimus Maximus, à quo omnis bona donatio profluit, vos quàm diutissimè servet incolumes, vobis adsit, vos spiritu suo regat, vos confirmet ad omne opus bonum, ac omni benedictionum genere cumulatissimè exornet. Oxon. *E COLLEGIO CORPORIS CHRISTI*, ipso *CORPORIS CHRISTI* festo die, anno epochæ Christianæ. MDCX.

Vestri studiosissimus,

SEBASTIANVS BENEFIELD.

Pœna damni. 5.13,& 14 præf,14.
Porphyrius.6.8.
Præcepta affirmantia non obligant ad semper.2.37.app.51.
Præcepta legis homines non possunt transcendere. app 52. Ea multos excessisse ait Chrysostomus.app.81, & 82.
Præceptus secundæ tabulæ includuntur præcepta primæ.2.6.
Præceptũ absolutũ.app.80.cõmune app.15,& 26,& 27,& 29,& 30,& 38,&43,& 49,& 66 &71,&74,& 78,&83,&86,&95 cõditionale. app.74,& 80.Generale.app.55. particulare.app.26,& 27,& 29, & 45,& 66. Publicum. app. 80. simplex.app.74.Singulare.app. 15,&71,& 95, & 96. Speciale. app.15 & 29,&33, & 38, & 39, & 43,&48,& 51,& 55,& 83,& 86
Præceptum pudicitiæ. app.33. virginale.ib.
Præceptum includitur in consilio app.39.
Prædestinare 4.5.
Præparare.4.5.
Psychopannychitæ.5 17. & 6.8.
Purgatorium.5.13 fabula est 5.15. & 6.8.Rejicitur,6 10,& seq.

Q

Quæstiones de resurrectione inutiles.6.22.

R.

Regale sacerdotium.1. 6.
Fideles Reges sunt,quo sensu.1. 7.
Regnum sacerdotale.1.6.
Resurrectio carnis negata.5,1.
De Resurrectione impiorum scrupulus.5,19.
De Resurrectione hominis 6,15,et seq.
Resurget corpus verum,6,25.

S.

Sacerdotes sũt fideles,quo sẽsu.1,8
Omnes verè fideles sunt Sacerdotes.1,11.probatur ex sacra Scriptura.1,12,& seq. ex Patribus,1. 15,& seq. ex doctoribus religionis reformatæ.1,18.sunt Sacerdotes spirituales 1,28,& seq. nõ sunt Sacerdotes proprie dicti.1. 20.& seq.
Sacerdotium regale.1,6.
Sacerdotum tria genera.1,21.
Sacrificia in Ecclesia Christiana.1. 27.Eucharistica.ib.Spiritualia.ib.
Sacrificium Christi ἱλαστικὸν.1.22. Ejus efficacia.ib.
Sacrificuli Missatici non sunt Sacerdotes.1,10.
Sadducæi.5,1,& 6,8.
Saraceni.6,41.
Saturniniani.1,2.
Scripturę sacrę præconia & laudes app.2.quomodo exponẽda.app. 3.& seq.ejus exponẽdę media.ib. Orandum.ib. Ad fontes Hebræos,& Græcos recurrendũ.app 4. figurata à propriis distinguẽda. app.5.Scopus,finis,materia, circumstantiæ, antecedentia & cõsequentia consideranda. app.6. Loca sibi invicẽ cõferẽda.app.7.
Sacræ Scripturæ intelligi debent eo spiritu,quo factæ sunt.app 8. eas quanti faciunt Pontificii. præf.10.
Scholastici.6,22,& 24.
Sedulii locus pro consiliis Evang. app.44.explicatus.app.45.
Seleuciani.5,1.
Sequi Christum.2,34,et 35.
Severiani 5,1.
Simon Magus.4,10.
Simoniani.1,2.et 5.1.
Sinus Abrahæ 5,13.
Successio Episcoporum 1.40. triplex.ib.
Successio personarũ in sede Rom.

non sine interruptione.1,41.
Successio fidei & doctrinæ est in Rom.sede interrupta.1,42.
Συμβολὴ. app.78.
Supererogatio Pauli qualis. app. 42,& 43,& 47,& 48, & 49.& 57.
Supererogationis nomẽ quo sensu admitti potest.app.57.
Supererogationis opera nulla. 2, 24.

T.

Terra erit post resurrectionem, præf.15.
Themistius.6,8.
Theodoreti locus pro consiliis Evang.app.85.explicatus.app.86.
Theophylacti locus pro cõsiliis Evangelicis. app. 97. explicatus, app.99.
Theophylactus quo tempore vixerit.app.98.
Trinitatis opera ad extra, indivisa. 3,25.

V.

Valentiniani. 5. 1.
Valentinus. 6. 25.
Vende quæ habes, non est consilium. 2. 36, & 37. app. 50, & 51, & 91.
Vires, cor, anima, mens, distinguũtur.2. 21.
Virgines in Papatu quales.app.16.
Virgines Cypriani quales. app.15.
Virginitas matrimonio quando prælata.app.19. immodicè laudata.ib. Cur in vetere Ecclesia tantos fecerit progressus. app. 21.nimiùm ab Hieronymo celebrata.app. 34,& 36. Non est vita Angelorum. app.34.res est necessitatis.app.25. Imperatur. app.45. Iubetur jussione speciali. app. 55. supra legem est, quo sensu app.49, & 74. Præceptum dicitur ab Athanasio.app.72,& 73.à dono Dei et vocatione singulari pendet. app. 78. Per se bonum est. ib. Bonum est huic per singularem Dei vocationẽ. ib.Mandatur.app.83,& 95,& 96.
Vita æterna.6. 39,& 40. Negata,5. 1. ut eam consequamur, omnia facienda. 6. 4. eâ perfruentur beati.6.39.
Vita beata,6. 3.
Vita misera,mors.6.3.
Vita hominis misera.præf.18.
Vocatio generalis.2.34,& 35.Personalis.2.34.
Vocatio Ministrorum.1.35.

FINIS.

AD LECTOREM INTELLIGENTEM, ET AEQVVM.

Errata typographica, perpauca sunt, quæ tibi moram possint objicere. Graviuscula omnia, quotquot animadverti, noto corrigenda; alia in omnibus exemplaribus, alia in aliquibus tantùm. Vnicum præ cæteris asterisco signatum emendandum cupio. Leviora si fortè non notem omnia, tu, pro tua humanitate, condonabis.

Pag.	Lin.	Erratum.	Lege.
15.	Tridentinæ	Missâ Quod	Missâ; Quod
*73.	tis data	data, χαρὶς	data; sed χάρις
108.	gitat	animi mortales	animimortales
173.	cilio	cilio	filio
188.	et ipse	sunt	sint
204.	capiunt	nobis eam	nos eam